



16
DISPV TATIO IVRIDICA AVSPICALIS
DE
IMMVNITATIBVS CASTRENSIBVS ALIISQVE
LIBERTATIBVS PRAECIPVE IN HASSIA

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
ET DOMINO

23
1730, 3.
DNO. FRIDERICO II

HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQUA
PRAESIDE

P. 165
IOANNE ANDREA HOFMANNO

IVR. DOCTORE ANTECESSORE ORD. ET FACVLTAT.
IVRID. ASSESSORE
PRO

LICENTIA

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES
AC PRIVILEGIA RITE CONSEQVENDI

H. L. Q. C.

ILLVSTRIVM ACADEMIAE LITTERATAE
PROCERVM EXAMINI
SVBMITTIT

DIÈ II MENSIS MARTII A. R. S. CIOCCXXX

IOANNES GVILIELMVS DITMAR


HOMBERGA - HASSVS.

MARV BVRGI CATTORVM

TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI, ACAD. TYPOGRAPHI.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or record.




9
54





PROOEMIUM.

Neminem fugit: rempublicam Germanorum non solum ab antiquissimis temporibus fuisse militarem, verum etiam eam militibus ad suam defensionem, tuitionem, et propugnationem opus habuisse. Copiae autem perpetuae militiae sacramento obligatae veteri aevo apud Germanos in pace non extiterunt; sed si bellum commotum, aut consensu procerum suscipiendum fuit, illae variis modis comparandae, aut ex indigenis legendae, aut mercede, siue stipendio conducendae, quin etiam ciues ad

A anima

arma vocandi fuerunt (a). His sensim pedetentimque vasalli variae conditionis, diuersi status atque ordinis accesserunt (b), qui seruitia modo campestria, modo castrensia, partim palatina, partim alia ministeria praestiterunt. Vnde multiplicia, variaeque feuda et beneficia orta sunt, de quibus omnibus singulatim hoc loco agere animus non est; sed de feudis castrensibus primo quaedam breuiter, summatimque in medium prolaturi sumus; quibus deinde iura singularia, praerogatiuae, commoda, atque immunitates militum castrensium, eorumque sedium liberarum adiungenda erunt, quae demum aliis immunitatibus et vacationibus aliorum hominum egregiorum, inclitorum, atque honestorum ansam praebuisse videntur, quibus aequae libertas castrensis, atque illis, in vernacula lingua: *die burgfreiheit*, tum a principibus, cum ab aliis dominis ditionum data

a) C. CORN. TACITVS de situ, moribus et populis German. cap. XI seq. § 1—5, p. 4—47.

HERM. CONRINGIVS de militia lecta, mercenaria et socia, *Helmst.* 1663, 4, et in oper. tom. V, p. 1053—1060, IO. SAM. STRYK de militia lecta provinc. 1705, et in *eiusd.* *Dissert. iur.* vol. I, 1750 fol. num. VIII, p. 241 seq. cap. I, § 3 seq. AH. FRITSCH de iure Iustitiae, et sequelae etc. 1670, et in *eiusd.* opusculis variis etc. *Norimb.* 1690, fol. tom. I, tract. VIII, cap. IV seq. p. 339 seq. et Dominus Praefes von dem vormaligen vnd heutigigen Kriegesstate etc., *Lemgou.* 1769, 8, P. 1,

b) IO. FRID. CHANNAT de clientela fuld. benefic. nobili et equestri, *Frankf.* 1726, fol. P. I, cap. III, p. 13—50, viri, cuius merita excellentia atque praestantia quilibet pie et grate sane colat: IO. GE. ESTORIS egregius commentarius, cui titulus est: *analecta fuldensia, Argentor.* 1727, fol. sect. II, obs. I seq. p. 41 seq. obs. XI, XV seq. obs. XX seq. p. 55, p. 72 seq. vir illustri laude celebratissimus GE. LVDO. OEHMER de iuribus ex statu militari Germ. pendent. *Goett.* 1750, 4.

data fuit. Interea perspectum et cognitum habemus cum aliis viris doctis: feuda castrensia turbulentis illis Germaniae temporibus initium, incrementumue sumfisse, quibus ad violentas hostium, itemque direptorum, vexatorum et praedonum irruentium insultationes et vastationes validius refranandas, burga et castra frequentiora facta, ac simul milite stipendiario intus firmata sunt, id est, quum burgmanni, loco stipendiorum castrensium, de certis redditibus annuis, aliisque rebus, quasi inaugurati, seu inuestiti fuerunt, vt castra fidei illorum clientelari beneficiariae concedita per se, aut certe per idoneos substitutos, custodiant et tueantur (c); ideoque praesidium illorum in castrensis militibus fuit constitutum. Inde vniuersitates militum castrensium, de mutua concordia, et de subeunda castrorum fidei clientelari a superiore concediti tuitione initae, et constitutae, quae *burgmanniatus* a Germanis dicuntur, originem suam ducunt. Burgmanniatus autem vario modo differunt a *ganerbinatibus*, qui sunt confociationes nobilium,

c) SCHANNAT l. m. P. I, cap. III, p. 18. NIC. SCHATEN in annalibus paderborn. P. II, ad annum 1326, p. 263, et 336, ad a. 1355, lib. XIII. Rudolphus I imperator, Ottoni, episcopo paderbornensi, indulfit facultatem: duo castra contra praedatores muniendi, SCHATEN l. d. ad a. 1290, P. II, p. 168; IO. ADAM. KOPP de insigni differentia inter S. R. I. comites et

nobiles immediatos etc., *Argent.* 1728, 4, sect. I, § 23, p. 146, sect. III, § 7, n. XII, p. 321 seq. IO. SCHILTER in cod. iur. feud. alam. ad cap. 136, § 3, p. 304. (*Argent.* 1728, fol.). IO. GVIL. WALDSCHMIEDT de feudis castrens. *Marburgi* 1722, 4, § 14, p. 27 seq. CASP. KLOCK de contribut. *Colon.* 1740, fol. cap. VIII, n. 47, p. 196.

lium, atque equestris ordinis hominum, ad communia bona, castrae, citra obligationem clientelarem, defendenda, constatae. Sunt quidem, qui definitioni ganerbinatus communium bonorum successionem addere solent; verum enim vero successio illa essentiam ganerbinatus sua natura non ingreditur; quoniam ille solummodo conuentum mutuae defensionis esse potest; nisi pactio expressa, aut consanguinitas, aut ius ipsum fundatum eam stabilit, et firmat (d). Inficiari quidem nolumus: successionem multis ganerbinatum pactis contineri; quod si vero haec, et ius sanguinis deficiunt, successio etiam cessabit, prout in camera imperii augusta iudicatum est (e). Nam communio sola vniuerse successionem sua natura non producit (f); sed aliae necessitudines, et iura accedere debent. Praeterea accidere potest: vt bona ganerbica in feudum offerantur, et concedantur, eaque re naturam feudorum induant, vti multa exempla testantur. Sic v. gr. Stebe et Hermannus von der Malsburg, insigni generosa stirpe hassiaca prognati, anno

d) Vid. viri, cuius eruditionem, meritaque omnium mortalium fama semper celebrabit, IO. VLR. L. B. de CRAMER in supplemento opusc. *Vmas* 1767, 4. opusc. III, § 58 seq. p. 222 seq. opusc. III, p. 320 seq. § 21 seq.

e) DE CRAMER in wezlarischen

nebenstunden, P. XVII, num. II, p. 46 seq. § 26 seq. ANT. LVD. SEIF de successione pactitia haud reciproca German. *Goett.* 1751, 4.

f) ESTORIS bürgerl. rechtsgelahrheit der Teutschen, P. II, § 3003, p. 60, P. III, § 1868, p. 812, p. 1086, (a).

anno CI^oCCCXXVIII archipraefuli atque archiepiscopatu
moguntino domum suam ganerbicam, seu castrum com-
mune, in feudum castrense obtulerunt. Idem gens prosa-
pia nobilis buchenauensis (g), alique peregerunt; quin
etiam fieri potest: vt si pars quaedam ganerbinatus ad per-
sonam illustrem spectet, haec illam, aut particulam eius-
dem aliis in feudum concedere queat, vti, experientia teste,
archiepiscopi moguntini in ganerbinatu trefurtenfi de sua
parte feuda in Trottios, Baumbachios, aliosque contulerunt.
Idem a Friderico victorioso, septemuiro palatino, factum
est (h). Nec minus principes, alique rerumpublicarum
et ditionum gubernatores, arces, castra et castella in editis,
abruptisque montibus praemunire atque aedificare coepe-
runt, in quibus viros armatos in praefidiis partim colloca-
runt, partim aliis commendarunt. Porro, feuda castri sunt
constituta, quae a feudis castrensibus discernenda sunt. Nam
feudum castri significat illam clientelam beneficiariam, siue
dominium vtile, quo quis de castro aliquo inuestitur, vnde
se tueri atque alere, simulque seruitia feudalia praestare
possit in expeditionibus, alibique. Habemus quoque in
A 3 non-

g) SCHANNAT l. d. in cod. probat.
p. 279, ESTOR in origin. iur. publ.
haff. lib. III. cap. 37, § 130 (1),
p. 272 seq. (1752, 8).

h) Vid. geschichte des Kurfürsten
Fridrichs des ersten von der Pfalz,
1765, 4, lib VI, §. 41, p. 608,
ESTOR in der bürgerl. rechtsgel. der
Teutschen, P. II, § 3148, p. 130.

nonnullis terris Germaniae beschloßeten und unbeschloßten, burggefessenen adel etc. (i). Hiscæ castella ganerbiorum multorum accefferunt. Quo facto, castra, seu munitiones in modum quasi coronæ muralis vndique circumuallata ac septa ditiones circumdederunt, ad incurfiones, atque impetus feditionum, prædationum, vastitatumque hostilium arcendos (k). De Haffia superiore fequentia verba facit ESTOR (l): diefemnach fing z. e. in ober Heffen die Kette der bergschloeffen an: bei Vlrichstein, ging auf Burggemünden, Homberg an der Ohm, von da auf Schweinsberg, Ameneburg, Marburg, in die Gegend des Frauenberges, auf

i) SCHANNAT I. m. P. I, p. 17 feq. WALDSCHMIEDT I. d. § 7, p. 16 feq. IO. THADD. MÜLLER de feudo castrî, *Heidelb.* 1768, 4. § 2 feq. p. 2—22, BOEHMER I. c. cap. II, § 15, p. 61 feq. DE GVDENVS in cod. dipl. T. III, p. 72, IO. GVIL. MAINONE de feudis castrifibus etc., *Treuir.* 1764. 4. § 4—24, p. 3—24. In terris brunfwicenfibus noti funt nobiles fchloßgefessene, beschloßte, beschloßene, gefchloßte, gefchloßene etc. dicti, PHIL. CAR. L. B. DE KNIGGE de natura et indole castrorum in Germania, *Goett.* 1747, 4. § 95—108, p. 137 feq. In ducatu Pomeraniæ nobiles distincti funt in possessores arcium: schloßgefessene, burggefessene, und gemeine edelleute, vid. DAV. MEVIVS von der pommerischen landesverfassung, in GVIL. FRID. DE HISTORIVS amoenitat. hist. iurid. P. III, p. 1034; HERM. HENR. AB

ENGELBRECHT de iuribus ord. equestr. in Pomerania fuet, et Rugia etc. *Gryph.* 1742, 4, c. I, § 9, p. 18 feq. EIVSD. delineatio status Pomeran. *ib.* 1741, 4, p. 141 feq. IVL. BERN. DE ROHR in vollftændigen haushaltungrecht etc. *Lipf.* 1738, 4, vol. I, lib. II, cap. II, § 1, p. 165; ALB. GE. SCHWARZ in verfuche einer pommerisch- und rügischen lehn-historie etc., *Gryph.* 1740, 4, p. 151, AVGVSTIN. DE BALTHASAR in der nachricht von den landesgefæezen des herzogtums Pommern etc. *ib.* 1740, fol. in vorbe-richt, p. 15.

k) SCHANNAT I. m. P. II, p. 45, ESTOR I. d. P. III, p. 126, DE CRAMER in wezl. nebenstunden, P. LIII, p. 91 feq. P. XC, p. 72 feq. gefchichte des Kurfürsten Friderichs I von der Pfalz, lib. VI, § 41.

l) I. d. P. III, § 108, p. 126.

auf Nordeck, den Stauffenberg, nach Gießen, den Gleiberg, Voitsberg, bei Wezlar etc. His plura castra arcesque in Hassia addi possent; sed de his infra dicturi sumus. Milites igitur castrenses ad custodiam et defensionem castrorum ipsis conceditorum obligati sunt, atque exiguo saepenumero stipendio olim contenti seruiuerunt, vti litterae clientelares quam plurimae testantur; nihilominus illis stipendiis in feuda castrensia concessis patrimonia et bona, tum ecclesiarum, quum imperii, imperatorum, principum, comitum et dynastarum imperii attenuata, atque imminuta fuere; quamobrem, aliasque ob causas, illa pedetentim multifariam obsoleuerunt, extincta, destructa, atque oppressa fuerunt; reliquiae eorum tamen adhuc hodie passim restant. Interea milites castrenses clientelares nihil domini vtilis in castro ipso ad defendendum illis commendato habere scimus. Illorum stipendia beneficiaria consistere consueuerunt tum in redditibus variis, v. gr. vini, frumenti, aliusue rei, etiam et crebro certae pecuniae, quam non raro ad conquirendas in diuisionibus domini possessiones impendere, aut de allodiis suis tantum, quantum in valore nati sunt, domino transferre, illudque de eius manu vt feudum recipere, litteris clientelariis iubentur, cum possessionibus etc., est comperitum. Hoc tamen non ad artificia, seu calliditates clericorum tantum referendum est, vt videlicet sensim bona

vassal-

vasallorum adipiscerentur; verum principes mundani illis aequae pecuniam saepissime eadem conditione suppeditarunt (m).

CAPVT I

d

Burgis, feudis castrensibus, burghmannis, horum obligationibus atque immunitatibus.

§ I

Burg Germanis variae significationis est.

Vocabulum *burg* (burgum, burgus) originis teutonicae habendum est (n), eiusque potestates multiples sunt. Verbum igitur illud procul dubio modo generale, modo particulare, siue proprium et veluti peculiare, siue improprium est, atque a voce germanica: *berg*, *bergen* etc. deriuari solet, ideoque indicat locum, in quem se quis abdere, aut in quo custodire, seruare, eripere a malo, seu contra malum, itemque aduersus hostem defendere potest. Ille locus autem non semper exstructis munitioibus, operibusue est

m) Vid. viri perillustri GE. ERN. LVD. DE PREVSCHEN lectu digna disquisitio de feudis reddibil. in *marburgischen Beiträgen*, P. V, p. 105 seq. § 10, KOPP l. d. p. 416.

n) Aiii hanc vocem e lingua graeca *πυργος*, quae turrim, castellumue notat, deriuant, quam LIVIUS lib. XXVII, cap. 34 *pyrgum* nominat.

FLAV. VEGETIVS de re militari, III, 10. At vero Germani non *pyrgum*, sed *burgum*, et *burg* scribunt, IO. GE. WACHTER in glossario german. etc. *Lips.* 1737, fol. sub vocibus: *burg*, *bergen* etc., col. 151 seq. IO. SAM. FRID. BOEHMER de seruatitio. vom berglon, *Halae Magdeb.* 1743, cap. II, § 1, p. 23, 24.

est septus; ex quo sedes, aedesque principum, nobilium, aliorumque possessorum praediorum immunium, burgi faepenumero nuncupantur (o), vti experientia docet; quin etiam burgus partim congregationem domorum habitationis gratia muro non clausus est, partim suburbium, oppidum, urbem, locumue muro, aut munitionibus circumdatum indicat (p), illique, qui inhabitant, aut ibidem commorantur, etiam defensionem et custodiam illius subire debent, burgenfes, burgarii, burgmanni, burgfaffen etc. dicuntur (q).

§ II

Diuisiones burgorum suppeditantur.

Burgi varii generis et conditionis diuersae esse possunt (§ I). Nam illi siue imperio romano germanico sine

B medio

o) Burgi non solum in urbibus, verum etiam in villis, pagis, et siluis quandoque existere possunt, IO. DAV. KOELER de castro imper. forestali Brunn, *Altd.* 1728, 4, § 7 seq. p. 12 seq.

p) IO. HERING in disput. de castris, eorumque iure, EIVSD. tract. de molendinis, *Lugd.* 1663, 4, adiecta, n. II — 838, p. 12 seq. DE KNIGGE l. m. cap. I, § 1 — 20, p. 1 — 31, cap. III, § 35 seq. § 43, p. 64, p. 78, cap. III, § 121, 132, 137 — 139, p. 155, 167, 172 seq. CHRIST. VLR. GRYPEN in orig. et antiquit. hanou. *Goett.* 1740, 4, cap. III, § 7, p. 193, CHRIST. GOTTL. HALTAVS in glossario germ. medii aevi, *Lips.* 1758 fol. sub vocibus: *burg, burgbann, burg-*

koere, burgrecht etc. vir celeb. CHRIST. GOTTL. RICCIVS in *spicilegio iur. germ. Goerr.* 1750, 8, p. 73 seq. p. 235. WALDSCHMIEDT l. m. p. 6, p. 7 (i, l).

q) IAC. WERN. KYLLINGER de gauerbinat. castrorum, *Tüb.* 1620, 4, disc. III, n. 73, 120, 123, 143. vir perillustrius GE. LENNEP in praestantissima commentatione von der leihe zu landfidelrecht, *Marburg.* 1769, 4, p. 51, p. 74, p. 93 seq. p. 343, 353, 357, 569, 612, 787, SCHILTER l. d. cap. 151, ADRIAN BEIER de iure castrensi, *Ienae* 1694, 4, cap. II, § 1 seq. ESTOR in der bürgerl. rechtsgelahr. der Teutschen, P. III, § 203, p. 214 seq.

medio subsunt, atque imperatori parent, siue in terris ordinum imperii constituti et conditi sunt, harumque gubernatoribus et principibus obtemperare debent. Vnde illi seu immediati, seu mediati dicuntur. Deinde, illi partim fide clientelari praediti, partim nexu feudali liberati, atque exempti sunt. Ex quo burgi clientelares, feuda castrensia, feuda castri, atque allodiales, quin etiam sedes burgenfes liberae: freie burgfize, oriuntur; quae tamen aequae in feudum, etiam castrense, aliudue, atque alia bona libera, offerri possunt, vti multifariam factum est. Sic v. gr. Ioannes de Doeringenberg burgensem sedem suam liberam, Marburgi existentem, serenissimis Landgrauis Hassiae quondam in feudum obtulit, illudque ea qualitate insignitum eidem redditum fuit, vt, si stirps masculina extincta sit, feminae succedere queant (r). De Malsburgiis exemplum supra in medium prolatum est.

§ III

Feudum castrense describitur.

Feudum castrense notat rem in dominium vtile pro fidelitate clientelari in custodiendo et tuendo castro, locoque munito praestanda, vice stipendii, alicui concessam.

§ IIII

r) LENNEP I. m. in cod. probat. p. 836 — 838, d. 433; add. IO. NIC. HERTIVS de feudis oblati, P. II, § 17, P. III, § 1 seq. ESTOR in

origin. iur. publ. hass. lib. III, cap. 37, § 131, p. 279, (n); SCHANNAT I. d. in cod. probat. p. 279, p. 291, n. 269, 270.

§ IIII

Refertur illud quodammodo ad feuda impropria.

Quoniam feudum castrense in quibusdam affectionibus et proprietatibus a communi feudorum propriorum et rectorum indole recedit, ea re illud feudis impropriis annumerari solet (s); quamvis in reliquis qualitatibus naturam proprii retineat, et feudum nobile habendum fit (r). Vasallus enim castrensis, praeter defensionem castris sibi commendati, ad alia servitia campestris et militaria evocari non potest; nisi feuda forte alia tenet, quorum gratia ad illa obstrictus est. Illud autem fieri potuit: ut servitium praefidiarium, ob ingruentem necessitatem, ab vno castro ad aliud transferri, aut interminatum esse potuerit; salvo tamen stipendio annuo clientelari (u).

§ V

Divisiones feudorum castrensiū exhibentur.

Feuda castrensia sunt aut masculina, aut feminea; immediata, mediata; ligia, non ligia; modo perpetua et ad

B 2

here-

(s) Ius feudale alam. cap. 136, § 2 seq. cap. 143, cap. 144, 146, 147, ibique SCHILTER l. c. ad cap. 136, p. 303 seq. § 2 seq. ius feud. Saxon. c. 77, auctor vetus de beneficiis, cap. 3, richtsteiglehnrecht, cap. 26, c. 31, WALDSCHMIEDT l. m. § 8, 9, p. 18 seq.

(r) HERTIVS de feudo nobili, sect. III, § 5, p. 339, tom I opusc. P. II,

WALDSCHMIEDT § 10, p. 21 seq. § 13, p. 25 seq. TOB. IAC. REINHARTH in selectis observationibus ad PAVLI CHRISTINAEI decisiones, Erford. 1743 fol. ad vol. VI, obseru. XL, p. 130 seq. u) SCHANNAT l. d. P. II, cap. III, p. 43, 44, SCHATEN in annal. paderborn. P. II, p. 209, 236, 336, ESTOR in origin. iur. publ. hass. lib. III, cap. 37, § 131, (n), p. 286 seq. num. VI.

heredes eorum capaces transmittenda, modo ad certum tempus, itemque ad dies vitae concessa; seu reddibilia (w), seu non reddibilia; oblata, data, et mixta; saecularia, ecclesiastica; siue oppignorata, siue pignoribus non obligata; factum quoque est: vt domini ditionum crebro pacti sint, si castrum in vicina regione exstructum fuit, quo pro certa parte illud ipsis concederetur, aut oppignoraretur, et militibus praefidiariis communibus, ex eodem se defenderent, hostemque a finibus suis arcerent. In eiusmodi tabulis pactorum numerus militum castrensiū, eorumque receptio definiti solitus fuit (x). Praeterea principes, alique clauum imperii tenentes illa feuda castrensia non solum de suis patrimoniis, seu ditionibus, concesserunt, et tunc siue e redditibus suis, castruē ipsius, siue aliunde, verum saepenumero etiam, praecedente spontanea castri alicuius traditione, offerens, in castrensem eiusdem, aut alius castri, sub commodo atque immunitate feudi castrensis, receptus fuit (y). Non insolenter quoque, facta castro-

rum

w) SCHANNAT l. c. in cod. probat. p. 301, num. 317, num. 479, et in elencho clientum p. 165, de PREVSCHEN l. m. ESTOR l. d. p. 278 seq. (n), § 131.

(x) SCHATEN in annal. paderborn. ad annum 1315, et ad a. 1332. P. II, lib. XII, p. 196. WALSCHMIEDT l. c. § 12, p. 24 seq. § 5, p. 13 seq.

y) HERT de feudis oblati, P. I, § 16, P. III, § 1 seq. Comites aequae castrenses milites ac dynastiae imperii ex ordine equestri habuerunt, KOPP l. d. p. 396 seq. p. 431, n. 37, p. 432, n. 38, p. 436, n. 48. P. 453, n. 48, et in Ichuproben, P. II, p. 242 seqq. p. 318, § 12, p. 365, n. 10. De burgnannis hanoicis videatur das vorläufige

fige

rum oppignoratione, feuda castrenſia conſtituta fuerunt (z); quin etiam ſunt exempla in promptu, quae teſtantur: caſtra, quae deſtructa ac vaſtata fuerunt, ſub clientela beneficiaria militum caſtrenſium, impenſis ſuis aedificanda et reſtauranda ſuſcepta fuiſſe.

§ VI

Quid burgmanni ſignificent, monſtratur?

Burgmanni communiter eſſe debent homines militares nobilitatis auitae, et legitimorum maiorum aequalium, clientela caſtrenſi eo fine inaugurati, vt caſtra et loca munita eis commendata, ob dominium vtile, loco ſtipendii annui, conſeſſum, tueantur et defendant (a); ſive, qui eum in
finem

ſige verzeichniſ der dienſt-burg- und lehmanne, in adiunctis ad ſcriptum publici iuris factum, cui titulus eſt: documentirte vnterſuchung der frage: ob mit den grafen zu Hanau die von Carben in vergleichung zu ſtellen ſeind etc. ? 1733, fol. p. 199 — 478, Hanau münzenbergiſche landbeſchreibung etc., p. 102 ſeq. Saepe aedificia, domi, et praedia in feudum caſtrenſe ſunt data, IO. HENR. KLOTZ de feudo aedificii, *Giff.* 1743, 4 § 18, p. 31 ſeq. num 3.

z) NIC. SERARIVS tom. 1 rerum mogunt. p. 636, n 5, SCHATEN annal. paderb. P. II, p. 281.

a) RVD. FRID. TELGMANN von der anen-zal, *Hannov.* 1733, 4, cap. VIII, p. 255 ſeq. RICCIUS von dem landſtättigen adel in Teuſchland etc. *Novimb.* 1735, 4, cap. XXIII, p. 179 ſeq.

P. I, cap. XI, p. 350 ſeq. P. II, BEIER l. d. in ESTORIS alten kleinen Schrifften, P. VIII, *Gieß.* 1745, 8, cap. II, p. 587 ſeq. Illa ſeruitia caſtrenſia perſonalia et cuſtodia praecſtanda nomine veniunt: der *burghut* (burghude, cuſtodiae caſtri) et plures habet ſignificationes, KYLLINGER l. m. diſc. III, n. 62 ſeq. PAUL. MATTH. WEHNER in obſervat. praet. *Argem.* 1701, fol. p. 67, FRITSCH in ſupplem. Speidel, beſold, p. 126, GE. FRID. DEINLIN de feudo culinario, § 1, p. 92, vol. II theſauri iur. feud. a GOTTL. AVG. IENNICHEN editi; idem DEINLIN de praecſtationibus gallinar. *Altd.* 1743, 4, p. 36 ſeq. § 10. § 11, p. 43, LENNEP l. d. p. 37, § 2, n. 2, p. 74 ſeq. § 5, n. 25, p. 115, n. 45, NIC. BOERIVS in decif. 212, p. 481 ſeq. (Francof. 1674, fol.), MATTH. BERLICH P. II, conſul. 64, p. 370 ſeq. (Francof. 1693, fol.).

finem feudis castrensis sunt inuestiti, vt seruitia in burgis sibi concreditibus debita praesent, ideoque illis fruuntur, atque immunitatibus castrensis gaudeant.

§ VII

Illorum diuisiones adhibentur.

Quemadmodum feuda castrensia varia sunt (§ V), eodem fere modo burgmanni diuersi generis existunt. Nam feuda castrensia siue masculis solis sunt indulta et data, siue feminae quoque in iis, partim ex legibus et consuetudinibus singularibus (b), partim secundum pacta inita, succedere queunt (§ II). Deinde, burgmanni modo imperatori, atque imperio romano germanico, praeter burggrauios suos, tanquam praefectos et iudices constitutos, sine medio sunt subiecti, modo ordinibus imperii obnoxii existunt; sit aut ex superioritate territoriali, fide clientelari, aut ex oppignoratione caesaris atque imperii, alioque pignore, prout de
geln-

b) ESTOR in analectis fuldens. p. 29 seq. HENR. A ROSENTHAL in syn. feud. cap. II, conclus. 78, n. 2, p. 72, *Francos.* 1624, fol. 10. FRID. RHETIVS de feudis cliuens. vel zurphan, sect. I, n. 59, p. 180, vol. II dissert. iurid. *ib.* 1746, fol. 10. PET. DE LVDEWIG in consil. hallens. T. I, P. II, lib. III, consil. 3, col. 506 seq. ibique SAM. STRYK, in clytae facultatis iurid. erford. respons. ac sentent. selecta collectio, tom. 1, *Erford.* 1770, fol. P, 1, sent.

81, p. 213 seq. sent. 141, p. 331 seq. P. II, resp. 164, p. 378 seq. HENR. COCCEIVS de feudis fuldens. cap. III, § 9, 11, 12; SCHILTER l. d. ad cap. 138, § 2 seq. et in supplem. ad rubr. n. V, p. 462, REINHARTH l. d. vol. VI, p. 138 seq. KLOTZ de feudo aedificii, § 18, p. 31 seq. et in IENICHII thesauro iur. feud. tom. I, p. 926-964. In terris osnabrugensibus, bremensibus, aliisque feminae in feudis castrensis quoque succedere possunt.

gelnhufanis, oppenheimensibus, ceterisque pignori datis burgis et burgmannis, inter omnes constat. Porro, burgmanni officia et seruitia sua dominis superioribus, vel aduersus omnes hostes praestare debent, vel non, ita, vt quidam sint exempti, seu pactionibus, seu consuetudinibus (c), aduersus quos seruire nolunt. Insuper, ordinatis burgmanniatibus praeesse solent burggrauii, sub quibus burgmanni primum forum in causis litigijs, atque in illis, quae ad iurisdictionem spectant, habent, eisdemque adiuncti sunt burgmanni, vt assessores, qui v. c. Fridbergae, burgmanni regiminis (regiments-burgmanni) nominantur, inter quos duo electi munere aedilitio funguntur, et in lingua vernacula *baumeistere* nuncupantur (d). Hi reliquis burgmannis honore et dignitate praestant, eosque praecurrunt; neque inauditum est: quandoque ceteros communes burgmannos beiffassen dici (e). Castrenses illi tum e nobilitate superiori, quum ex equestri ordine in burgmanniarus

CO-

c) DE GVDENVS in cod. dipl. tom. I, p. 609, WALDSCHMIEDT l. d. § 14, p. 29, ESTOR de ministerial. Argent. 1727, 4 p. 182 seq. § 129 seq. SCHANNAT l. m. in cod. probat. num. 296, IO. NIC. AB HONTHEIM in historia treuir. diplom. tom. II, Aug. Vind. 1710, fol. p. 19, n. 585, p. 20, n. 586, p. 25 seq. n. 590 seq. p. 37 seq. n. 604.

d) G. L. BOEHMER l. d. cap. III, § XI, p. 95 seq. FRID. CAR. MADER in sicheren nachrichten von der kaiserl. und des heil. reichs burg Friedberg, und der darzu gehoerigen grafschafft, auch freien gericht zu Kaichen etc., P. I, Laurerb. 1766, 8. p. 131 seq. § 38.
e) ESTOR in alten kleinen schriftten, P. VIII, p. 138 seq. atque in der bürgerl. rechtsgel. der Teutschen, P. II, § 3166, p. 138.

coopantur, illique in burgmannos hereditarios ac simplices: erbburgmanne et burgmanne discernuntur (f).

§ VIII

De praefectis et burggraviis castrorum quaedam notantur.

Praefecti (burgvoegte), castellani, et burggravi non solum in burgis imperii, verum etiam in castris ordinum imperii saepenumero fuerunt ordinati, et quidem siue e nobilitate superiore, siue ex ordine equestri electi; quin etiam hereditarii quandoque sunt constituti; quippe quod comites bentheimenses archiepiscopatus coloniensis praefecti hereditarii nominentur (g). Deinde burggravius coloniensis feudum olim fuit ecclesiae coloniensis, quem Ioannes de Arberg Sigfrido archiepiscopo colonienfi anno **CIIOCLXX** vendidit (h). In sententia exauferationis Wenceslai imperatoris occurrit Ioannes Boffe a Waldeck, burggravius moguntinus in Beckelnheim (i). Albertus III, ar-

f) IDEM in origin. iur. publ. haff. p. 271 seq. (1), p. 286. n. VI, DE PREVSCHEN I. d. SCHANNAT I. m. p. 18 seq.

g) ESTOR in anmerkungen über das stats- und kirchenrecht, *Marb.* 1750, 8, p. 586 seq. § 406 seq. In castro Kaiserswerth olim burggravi extiterunt, vid. facti species in sachen ihrer kurfürstl. durchl. zu Pfalz anmaßlich nachsuchende wiederlöse des schlosses, der stadt und des zolles zu Kaiserswerth

betr. fol. § 1, § 4. Vechtenfi burgmanniatui director praefect.

h) Extant tabulae emtionis venditionis in apologia des erztiftes Coeln etc., in adi. num. XXIII, p. 65.

i) MELCH. VON HAIMINSFELDT, *genannt* GOLDAST, in des heil. roem. reichs Keiser, König und Churfürsten constitution, reformation, ordnungen und ausschreiben etc., tom. I, *Francof.* ad M. 1607, fol. p. 141.

archipraeful moguntinus, burggrauium Moguntiae in burgo Martini ordinauit (k). Conradus, comes de Eberstein, burggrauius moguntinus in castro Rustenberg a. cccccxxx, defuncto patre suo, confirmatus fuit (l). Wirzburgenses burggrauii, siue vægte der stadt Wirzburg, comites et principes hennebergici extiterunt (m). Valentinus comes de Erbach etc., burggrauius septemuii palatini in Alzei fuit (n). Interea burggrauii stipendia sua atque redditus suos, ob fidem clientelarem, iureiurando confirmatam, exhibendam et seruitia praestanda, aequae habere debent, atque reliqui burgmanni (o); quin etiam fieri potest: vt illi soli, sacramento militiae castrensis obligati cum tota vniuersitate burgmanniatus inueftiantur, vti hoc v. gr. de burggrauis fridbergenfibus recens electis cognitum ac per spectum est, quod videlicet illi ab imperatoribus nomine burgi fridbergenfis cum feudis imperii ad illum pertinen-

C

k) SERARIUS l. m. lib. V, p. 195.

l) DE GYDENVS l. d. tom. I, p. 550, n. 223. De treuirenfis archiepi-
fcoptatus burggrauis vid. AB HONT-
HELM l. m. tom. I, p. 468, a, p. 804,
tom. II, p. 2, § 3, p. 34.

m) BVRC. GOTTH. STRVVIVS in
corp. iur. publ. Ienae 1738, 4, cap.
XXI, § 32, p. 783, n. 69. CYR.
SPANGENBERG in henneberg. chron.

Meining. 1755, 4, lib. I, cap. 6, p. 70,
cap. 7, p. 73, lib. V, cap. I, p. 305,
cap. 5, p. 329, ESTOR in anmerkun-
gen etc., p. 583 seq. § 403, 404.

n) DAN. SCHNEIDER in der hoch-
graefl. erbach. stamtafel Francof. ad M.
1736, fol. sect. II, p. 176, et in adi.
num. 185, 187, p. 408 seq.

o) KOPP in proben des teutschen
lehnrechtes etc., P. II, Mark. 1746,
4, p. 102, n. 26.

tibus inuestiantur (p); nihilominus quilibet burgmannus recipiendus iureiurando obstringitur (q).

§ VIII

De burgassis quaedam obseruantur.

Vocabulum: *burgassius*, multiplices atque ancipites potestates habet. Sin est, vt illud late sumamus, burgassii sane omnes illos complectuntur, qui in burgi districtu vere, vel quasi sedent, eiusque iurisdictioni subiecti sunt, et castrum nexu quodam attingunt; ideoque tum personae burgi principales, quum non principales, adiuuantes, ministri varii generis (r), famuli, famulaeue. His addi possunt incolae, qui sedem stabilem et domicilium certum ibidem habent; qui tamen burgmanni non sunt. In restrictiore significatione vero burgassii notant illos, qui siue castra, siue praedia libera, domos et sedes immunitatibus castrensibus praedita possident (s), atque iudiciis superioribus pro-

p) Vid. viri perill. IO. IAC. MOSERI tr. von den teutschen reichsständen, der reichsritterschaft etc. 1767, 4, lib. III, cap. II, § 66, p. 1497.

q) ESTOR in alten kleinen schriften, P. VIII, p. 154 seq. num. 4.

r) DE GVDENVS tom. II, p. 48, 49. n. 38, tom. V. p. 896, n. 124, ESTOR de minister. p. 138 seq. et in alten kleinen schriften. P. X, p. 280 seq. p. 300, MADER I. m. P. I, p. 132,

§ 39, G. L. BOEHMER I. c. p. 30, 31, RICCIVS von landfessigen adel, P. I, c. 24, § I seq. p. 179 seq. Eiusmodi personae in chartis quandoque officii, ministeriales, inquilini munitionis etc. nominantur. vid. kurze ausführung von Corvey wegen Beverungen etc., *Huxar.* fol. p. 18, in adi. num. I, II, BEIER I. d. cap. II. § 9 seq.

s) BESOLD, DIETHERR, WEHNER, HALTAVS, BEIER, HEKING in locis supra memoratis.

provincialibus subsunt, primumque forum ibidem habent (t).

§ X

De sedibus et habitationibus castrensibus earumque praerogatiuis.

Burgmanni quidem in illis castris¹⁾, aut in propinquitate illorum, quae iis, quoad defensionem, commendata sunt, habitare debent (u); et si hoc etiam forsitan, secundum consuetudinem contrariam, pactioesue, stricte non obseruatur, nisi singularia conuenta, aut leges speciales illos ad commorationem et mansionem continuam, aut temporariam obstringunt (w); tamen illi tempore necessitatis et periculi, vbi custodia et defensio castrorum ab illis est praestanda, vocatu facto, morem gerere, atque ad castra praesto esse debent. Habitationes vero et sedes, quas milites praefidiarii in castris, locisue vicinis habent, loca castrensia, areae, mansiones castrenses etc., burgfize, burgsaeze,

C 2

t) Sammlung fürstl. heff. landes ordnungen, tom. III, p. 20, LENNEP l. c. tit. XI, § 2, p. 787, n. 20.

u) Ius feud. alam. cap. 139, § 2, SCHILTER l. d. p. 77, et p. 307 seq. SCHANNAT l. m. p. 43. 44. ESTOR in anal. fuldems. p. 65, et de ministerial. p. 183, § 129, KOPP de insigni. dist. comitum et nobil. p. 403.

w) AB HONTHEIM l. c. tom. I, p. 636, § 5, p. 716, 717, n. 481,

p. 831, SCHANNAT l. d. in cod. praebat. p. 308. n. 345; add. Domini Praefidis tr. von dem vormaligen und heutigigen Kriegesfate, P. I, § 8, p. 84, ESTOR in orig. iur. publ. haff. p. 282, vbi lex commissoria contra castrenses emigraturos est constituta. Alia pactio ad mansionem sola necessitate imminente faciendam inita, *ibidem* legitur, p. 284.

faeze, burghaeffe, burghaeufer etc. nuncupantur (x), et variis immunitatibus, libertatibus, praerogatiuis, et vacationibus ciuilibus, tum personalibus, tum realibus, modo secundum iura militiae germanicae (y), modo instituta et consuetudines clientelaria, itemque ope priuilegiorum singularium, legum, padionum, praescriptionis legitime completae, et possessionis post hominum memoriam quietae, frui possunt, atque in dubio immunes praesumi solent (z); ideoque praedia nobilia (stam- und burghaeuler) et sedes castrenses hominum equestris ordinis in Hassia de tributis sunt exempta, nobilesque hassiaci a portoriis peregrinarum mercium immunes esse, quibus ad proprium, et rei familiaris usum vtuntur, nec praebitiones frumentorum etc. soluere debent (a). Haec patent ex conuento in comitiis

haf-

x) SCHATEN in annal. pad. P. II, p. 233, 271, 281, SERARIUS l. d. tom. I. p. 633, AB HONTHEIM m. I. KYLLINGER disc. III, n. 45, p. 66, IO. FICHARD tom. I. consil. 13, p. 58 seq. HERING l. c. § 20, n. 279 seq. p. 55, DE GVDENVS tom. III, p. 14; KVCHENBECKER in annal. hass. coll. VI, p. 433, p. 435, ibique ESTORIS comment. WALDSCHMIEDT p. 15, § 6. Burgfaz etiam residentiam castrensem comprehendere solet, DE GVDENVS tom. III, p. 14, BEIER cap. III, § 1 seq.

y) MEVIUS P. VII, decif. 143, n. 9, P. VIII, dec. 297, G. L. BOEHMER

l. d. cap. I, § 4, p. 8 seq. Domini Praefidis tr. vom vormaligen und heutigen Kriegesfat, P. I, p. 41, (1), p. 82, p. 84.

z) MEVIUS P. III, decif. 33, KLOCK de contribut. cap. XIII, n. 12 seq. p. 231 seq. HERT de feudo nobili, § 4, STRVBEN in obseruat. iur. et hist. germ. obs. III, § 10, 14, 23, LENNEP l. m. p. 625, p. 567, p. 570, ESTOR in der burgerl. rechtsgel. der Teutschen, P. II, § 3331 seq. p. 235 seq. P. III, § 1981, p. 862, 863, DE CRAMER in wezl. nebenstunden, P. XX, n. 4, p. 41 — 56.

a) Perill, LENNEP l. m. p. 567 —

haffiacis Castellis die 27 mensis Octobris CCCCXXXI
facto, § XVIII, sequenti modo: „haben ihro kœnigl.
„majest. — allergnädigst resolviret: das der nobleffe
„sowol bei selbst eigenem gebrauch deren burgsitz und
„freien adelichen ritter-gütern, als auch deren conducto-
„ribus, pachtern, oder domestiquen, welche dergleichen
„güter meiersweise besitzen, in ansehung desjenigen, so sie
„zu ihrem haushalt ohnungsmäßig von nâten haben, die
„verlangte exemption und freiheit von accisen, licenten,
„und anderen imposten gnädigst zugestanden werden solle;
„ausgenommen dasjenige, womit dieselbe commercia und
„gewerbe treiben, als wovon die gewöhnliche abgiffen ent-
„richtet werden müssen etc.,, . Verum tamen non omnes
fedes castrenses sic dictae immunitatum suarum originem
ducunt ex militiae germanicae iure, neque a clientela bur-
genfi; sed plures illarum se referunt ad clementiam, prae-
rogatiuam, priuilegia et gratiam principum. Interea multae
eiusmodi liberae fedes castrenses occurrunt, vti in aliis ter-

570, et p. 623 — 625, § 12, tit. 8.
His addit verba notata digna: hier in
Hessen entrichtet die ritterschafft von
ihren frei adelichen gütern ebenfalls
keine contribution — und die besizer
solcher freiadelicher güter, welche a.
1655 nicht contribuabel gewesen ge-
nüsslen gleiche freiheit etc. *ibid.* p. 67.
Idem obinet circa accisas penes nobiles

imperii, DE CRAMER T. I, obs. 179,
p. 454 seq. personasque camerae impe-
rialis, R. I. 1654, § 141, CHRISTOPH.
ANDR. SCHVBARD de accisa, Erf. 1686,
1701 4, membr. V § 9, p. 30 seq.
ESTOR in der bürgerl. rechtsgel. der
Teurischen, P. I, § 167, p. 69, § 1513,
p. 611, P. III, § 318, p. 284 seq.
§ 2111, p. 204.

terrīs et locis Germaniae, ita et in Hassiae ciuitatibus, oppidis, pagis, et villis. Sic IOANNES IVSTVS WINKELMANN b), IOANNES PHILIPPVS KVCHENBECKER c), REGNERVS ENGELHARD d), aliique illas nobilibus attribuunt: v. gr. Riedefeliis L. B. in Eifenbach, Wurmiis, Romrodiis, Hundels-
 haufiis in Harmutfachsen, *Melsungae*, seu *Milfungen*; Meisenbugiis *Lichtenauii*; baronibus de Doeringenberg *Bischofshausii*; Meisenbugiis et Stockhausiis *Immenhusae*; Schachtiis in pago *Schachten*; Spigeliis *Helmershusae*; Dalwigiis *Borkae*; Pappenheimiis *Liebenauii*; Stockhausiis *Grebensteinae*; Keudeliis *Trefurti* (e); Badenhausiis et Winteris *Kirchhainae*. His adhuc aliae addi possunt: quae quondam *Marburgi*, atque in vicinia fuerunt, quarum reliquiae, atque efficientiae partim etiam nunc existunt; partim illae aliam naturam induerunt (§ II); aliae siue vastatae,
 siue

b) in der beschreibung der fürstentümer Heffen und Hersfeld, *Brem.* 1697, fol. P. II, p. 252, 292, 311 seq.

c) in anal. hass. coll. I, p. 18, et alibi passim.

d) in der erdbeschreibung der heffischen lande casselischen anteiles, P. II, *Cassellis* 1778. 8, P. I, p. 195, 206, 274, 312, 383, P. II, p. 571. Add. versuch einer genauen und umstaendlichen beschreibung der hochfürstl. heffischen residenz- und haubtstadt Cassel. Hic liber lectu dignus cura viri illustri et praecleara doctrina eruditissimi

FRIDERICI CHRISTOPHORI SCHMIN-
 KII in vulgus editus est, *Cassellis* 1767, 8, p. 37. p. 251 seq. § 15.

e) Gens nobilitatis auitae de Keudel pariter quondam praedium equestre immune Ockershufae, prope Marburgum, habuit, quod a Bernardo Keudel Ioanni Wolfio, archiatro principis, doctore et professori medicinae huius vniuersitatis litteratae venditum est, eiusque immunitates a Mauritio, Landgrauio Hassiae etc. die XVI mensis Iulii a. 1605 insigniter confirmatae sunt, illud postea ad celeberrimos Hombergkios zu Vach, horumque heredes egregios peruenit.

siue extinctae, ac suppressae sunt. Interea nobiles et multae familiae equestris ordinis aedes liberas abhinc annos prope sexcentos et sequentes fuerunt adepti, milites praefidarii et castrenses extiterunt, eorumque multi in senatum cooptati, et scabini, et consules, vti in aliis vrbibus Hassiae, ita *Marburgi*, quin etiam sculteti principum hassiacorum nobiles fuerunt. Sic Ludouicus de Fronhausen consul marburgensis in litteris publicis a. 1280 confectis nominatur (f). Idem Ludouicus de Fronhausen scabinus cum aliis hominibus equestris ordinis anno 1286 memoratur (g), vbi simul castrenses principis, nec non scabini in Marburg, Fridericus de Bicken, Vituli, Volpertus de Curia, Rudgerus et Henricus (eques) Telonarii, Fridericus miles ex Curia, castrensis, Waltherus de Dyen, scultetus in Marburg, aliique appellantur h). Ex sententia anno 1459 in inclyto collegio scabinorum marburgensium lata patet: eo tempore adhuc, praeter alios, nobiles fuisse scabinos: Ludouicum in Curia, Balthafarem de Fronhausen, dictum zum arme, Rudolfum

ab

f) Entdecker ungrund des teutschen ritter ordens löblicher ballei Hessen etc. 1753, fol. in adi. num. 48. 53, 56, 58, 69 seq. et num. 177. In alia charta a. 1315 signata Ludouicus ex Curia consul, Wigand de Siehartshausen, Ioannes de Dernbach, Crafft, dictus Rode, eques, Conradus et Sigfridus de Bicken-

kap, cum aliis scabinis marburgensibus, notantur, *ibid.* num. 58.

g) *Ibid.* num. 53 seq.

h) *Ibid.* num. 59. Add. IO. FRID. CONR. RETTER in hessischen nachrichten, coll. 11, p. 63 (1739 2), kurzes pro memoria in sachen von Fleckenbühl genant Bürgel, wider den von Scholley, fol. in adi. A.

ab Erdhausen, Ioannem de Laue etc. (i). Adhaec ex monumentis annalium et documentis publica auctoritate confectis adparet: plures alios homines equestris ordinis insignes Marburgi sedes liberas et domicilia immunia habuisse, v. gr. Scheurschlossios, Schenkios de Schweinsberg, de Doeringenberg, de Breidenbach zum Breidenstein, de Linden, de Linsing, de Milchling, de Nordeck zur Rabenau, de Weitershausen, de Berlepfch, de Treisbach, Rau de Holzhausen, Wolffii de Todenwart, de Baumbach, de Lettow, ab Einsidel, de Caniz, ab Haller, aliique.

§ XI

De burgmannis hassiacis.

Serenissimi et potentissimi landgrauui Hassiae etc. antiquioribus temporibus aequae suos castrenses militares varii generis, in plurimis castris atque urbibus, ac reliqui principes, comites, et dynastae imperii romano-germanici habuerunt. Illi non solum nobili genere, verum etiam equestris ordine fuerunt nati. Nam v. gr. comites de Battenberg et faynenses Marburgi extiterunt castrenses milites; comites

vero

i) ESTOR in orig. iur. publ. hass. lib. III, cap. 52. § 180. (k), p. 389. Fuerunt igitur olim quam plurimi scabini marburgenses veteris prosapiae, v. gr. de Virnhauten, in, de, atque ex Curia (Imhofe), de Marburg, de Gladenbach, de Adelenhausen, de Burbach,

de Battenfeld, de Fossato, de Gambach, Telonarii (Zoelner), Conradus de lapidea domo, aliique, qui in Hassia non amplius existunt, sed emortui sunt, atque exaruerunt, ESTOR l. d. p. 290-293, WINKELMANN l. m. P. V, cap. VIII, p. 579 seq.

vero de Witgenstein burgmanni Battenbergae et Frankenbergae (k) constituti sunt. His addendi sunt domini de Westenburg (l), domini de Itter (m), aliique. Illi, ita, vt castrenses milites equestris ordinis modo feudis perpetuis castrensibus et transmittendis ad heredes, modo ad certum tempus sunt inaugurati; vnde discrimen inter burgmannos simplices et hereditarios (§ VII), etiam in Hassia ortum est (n). Exempla igitur quaedam e monumentis annalium ponere liceat: 1) Cassellis olim burgmannos fortissimos fuisse, constat ex historia, nuncia vetustatis (o). 2) *Wolffhagae* (p), vbi adhuc nobiles et generosi viri von der Malsburg feudo castrensi ab extinctis, emortuisque Gudenbergiis ad eos trans-

D lato

k) GE. CHRISTIAN. IOANNIS tom. I rer. mogunt. *Francof. ad M.* 1722 fol. p. 645, § 4, ESTOR l. m. libr. III, cap. 37, § 130, (l), p. 270, § 131, (n), p. 279 seq.

l) Ioannes dominus de Westenburg ab Ottone, Landgrauio Hassiae, feudum castrense in oppido gieslensi a. 1324 adeptus est, ESTOR l. d. p. 285, n. IIII, (m) IO. ADAM. KOPP in hist. nachricht von den herren zu Itter, cura CAR. PHIL. KOPPII edita, *Marb.* 1751, 4, P. II, § 7, p. 70, p. 107, § 2, p. 148 seq. et in adp. p. 218, n. 49.

m) ESTOR l. d. p. 271 seq. (l), vbi exempla suppeditantur, ibique de feudo castrensi, quod generatim Hunoldsteinensibus a. 1515 est concessum, p. 286 seq. num. VI, peculiare litterae clientelares exhibentur.

o) KVCHENBECKER l. c. coll. I, p. 13, Vir immortalis memoriae et gloriae CAR. PHIL. KOPP in der ausführlichen nachricht von der älteren und neueren verfassung der geistlichen und civil gerichte in den fürstlich - Hessen - Casselschen landen, P. I, p. 267, p. 325 seq. (*Cassellis* 1769, 4), SCHMINKE in monumentis hassiacis, P. IIII, p. 641, § 5, (*ibid.* 1765, 8), et in der beschreibung von Cassel, p. 251 seq. § 15, et in adi. num. VI, p. 19, 20.

p) DILICH in der heffischen chronik, P. I, p. 169, WINKELMANN l. c. P. II, p. 308 seq. CAR. PHIL. KOPP l. m. P. I, p. 329, § 252, et in append. p. 157, n. 84, SCHMINKE in mon. hass. P. IIII, p. 363, DE GVDENVVS l. d. tom. I, p. 594, LENNEP l. c. in cod. probat. p. 794, n. 413.

lato fruuntur, eoque a serenissimis Landgraviis Hassiacis inuestiuntur, quod in domo quadam et variis iuribus, et reditibus consistit. 3) *Vachae*, in vrbe ad Werram q), olim, cum haec ditionis fuldensis fuit, iam tum ibidem multi pederentim extiterunt burghmanni fuldenses, quin etiam nobiles de Herda ab abbate fuldensi cum feudo castrensi iam nunc inuestiuntur r). Quod autem familiam e nobili genere prognatam Dehn Rodtfelser (s) attinet, illa quidem sede libera iure burgenfi praedita hodie ibidem gaudet; at vero illa immunitas ab abbatibus fuldensibus illi non est data, sed a Mauritio, Landgrauio Hassiae, p. m. anno ciorocxi viro illustri, forti et acris animi, magnique Casparo Widtmarkter, ob bene merita fuit concessa, et quidem pro se, suis heredibus, omnibusque possessoribus, quae deinceps, post eius obitum, ad familiam insignem Dehn Rodtfelser translata est. Vnde Dehn Rodtfelser nomine vtuntur: freie burgassen zu Vach und Schlüchtern (t). 4) *Geismariae*, prope Frizlariam. In hoc vico rustico quondam castrum conditum fuit, vbi, praeter alios, ab Ottone, Landgrauio Hassiae a. 1313 Dierericus ab Elben, et anno 1314 Thilo ab Elben castrenses hereditarii fuerunt constituti (u); hoc vero castrum

q) Vacha, vrbs ad Werram, in vicinia vrbis hersfeldensis, bene distinguenda est a vico rustico Vach, etiam ad Werram, non procal ab Allendorf, vrbe inferiori Hassiae, sito, cuius fidem clientelarem agnoscit familia illustri atque amplissimo genere nata Hombergk zu Vach, ibique tum superiori, quam inferiori iurisdictione, cum aliis praerogatiuis eximiiis gaudet.

r) SCHANNAT l. d. in cod. probat. p. 270, n. 187, p. 273, n. 195, p. 302, n. 323, p. 313, n. 368, p. 319, n. 396,

p. 323, n. 413, p. 324, n. 418, et in dioecesi fuld. p. 291, p. 314, KOPP in lehnproben, P. II, p. 245 — 247.

s) Vid. vntersuchung der frage: ob die grafen zu Hanau etc. mit den unlaengst ausgestorbenen von Carben in vergleichung zu stellen sind etc. ? p. 363 — 369; et p. 245 sub rubrica: *Dehn Rodtfels.*

t) *Ibid.* p. 245, p. 363.

u) KVCHENBECKER l. m. coll. VIII, n. XXII, p. 183, 184.

castrum hodie non amplius restat. Vtrum vero in vrbe *Gudensbergensi* milites castrenses olim extiterint? ex chartis fide dignis hactenus probatum non habemus; etsi *WINKELMANNVS* ibidem Bertoldum Tertis burgmannum designet (w; neque cognitum est: numi castrum prope pagum *Jesberg* situm olim feudum castrense fuerit? quamvis *Dietericus de Linsing* se nomet castrensem *Jesbergensem* (x). Illud patet e chartis signatis: castrum dictum antea fuisse allodium; quod tamen in feudum postea est oblatum (y). Nunc illud castrum dirutum, dirutumque est. 5) *Bischofshausi*, vbi adhuc liberi barones de *Doeringenberg* feudo castrensi, et sede burgenfi libera fruuntur (z). 6) *Drindenbergi* (*Drendelsburg*, *Dreiderberg*), hodie vulgo *Trendelburgi*, *Ioannes* et *Albertus* fratres de *Neder* (*Netter*, *Neitur*) ab *Henrico*, *Landgraviō Hassiae*, a. 1334 in burgmannos hereditarios fuerunt cooptati (a). 7) *Milsungae*, cuius castrensem

D 2

mili-

w) *WINKELMANN* l. d. P. II, cap. 9, p. 256, P. VI p. 296. Illud cognitum et perspectum est: *Gudensbergae* olim varios equestris ordinis homines domicilia potuisse, ibique adhaecatum nobilem fuisse. *KVCHENBECKER* l. d. coll. VIII, n. XXIII, p. 185 seq. p. 193; 194, n. XXVIII, coll. XI, p. 184, n. LIII. *Zapfenburgi* quoque commune castrum inter archiepiscopos *Moguntinos* et *landgrauios Hassiae* quondam fuit, vid. *beurkundete nachricht von dem teutschen ordens haufe und commende Schiffenberg etc.* P. II, in append. num 201, p. 47.

x) *LENNEP* l. d. in cod. probat. p. 493, n. 205.

y) *GE. MELCH. DE LVDOLF* symphor. I consult. et decis. for. XXV, col. 496 seq. col. 506, additam, 4, et col.

516. *Ludonicus* et *Wortwinus*, fratres de *Linsingen* anno 1241 milites castrenses a *Sigfrido*, archiepiscopo *Moguntino*, siue in *Ameneburgo*, siue in *Frizlaria*, siue in aliis locis, ex lubricine seruientes, fuerant constituti, *ESTOR* in obseruat. iur. feud. *lenae* 1740, 4, ob eru. XXIII, p. 29, p. 30. Interea illud constat ex annalibus monumentorum, quod tum in *Ameneburgo* quum in *Frizlaria* quodam tempore burgmanni, fuerint, *IOANNIS* l. c. tom. I, p. 642 n. 4, p. 619, n. 10, p. 639, p. 655, n. 11, *DE GVDENVS* tom. I, p. 545, p. 835, p. 483; 484, n. 185.

z) *LENNEP* l. m. in cod. probat. p. 844—846, n. 435.

a) *ESTOR* in orig. iur. publ. *hass.* p. 270 (1), p. 286, V.

militem Wolffius de Wolffershausen a. 1434 se profitetur (b).
8) *Immenhusii*, cuius burghmannum Dietericus zu Theze a. 1374 se praedicat c).

In urbibus et castris Hassiae superioris pariter milites castrenses, concessis beneficiis clientelaribus, a ferenissimis Landgraviis Hassiae, modo solis, modo cum aliis (d), fuerunt constituti. De burghmannis *marburgensibus* supra iam quaedam in medium sunt prolata (§ X; quibus adhuc nobilitate vetusta, auitaque insigniti de Breidenbach addendi sunt. Nam hi feudo castrensi: *Loewenburg* dicto, antiquioribus temporibus in suburbio: *steinweg* nominato, praediti, atque adhuc annis 1569, 1672 etc. inaugurati fuerunt (e); cui vero nunc nexus clientelaris remissus est. 9) *Melnauii*, prope urbem wetteranam, quondam in castro ibidem exstructo burghmanni fuerunt constituti; quod postea vastatum est (f). 10) *Rauschenbergii* antiquioribus temporibus castrum, iam excisum, extitit, quod militibus stipendiariis fide clientelari obligatis firmatum fuit, illicque in senatum ibidem fuerunt cooptati (g). Inter alios quodam tempore viri equestris ordinis de *Weitershausen* ibidem feudum castrense, et sedem burghensem liberam tenuerunt. Extinctis vero atque emortuis illis, Ioannes Reinhardtus ab *Hornberg*,

b) LENNEP l. d. p. 426, n. 164.

c) IDEM, l. c. p. 720, n. 355.

d) ESTOR in alten kleinen schriften, P. X, num. 3, p. 268 seq. p. 303 seq. n. 6, p. 313, § 23.

e) Breidenbachii quoque in urbe *Biedencap* feudum castrense tenuerunt. Alung dictus de Breidenbach in literis publicis anno 1304 consecris, castellanus in *Biedencap* nuncupatur, DE GVDENVVS in tom III, p. 24, n. 18.

f) KVCHENBECKER l. m. coll. I, p. 9, WINKELMANN l. c. P. II, p. 229,

G. F. TEVTHORN in der ausführlichen geschichte der Hessen etc., P. III, p. 183 seq. (1773, 8), ENGELHARDT l. d. P. II, p. 484 seq. § 355.

g) DE GVDENVVS in cod. dipl. tom. III, p. 156 seq. n. 118; KVCHENBECKER l. d. coll. II, p. 314, p. 558, coll. XI, p. 174, n. XLIII. entdeckter ungrund des teutschen ritter-ordens lœblicher ballen Hessen etc. in append. num. 2, ENGELHARDT l. m. P. II, p. 557 seq. § 402.

berg, chiliarcha, illud feudum castrense, aliaque beneficia clientelaria adeptus est. Postea serenissimus Carolus, Landgravius Hassiae etc., gloriosissimae memoriae, ex noua gratia atque ob benemerita die XVIII mensis Iunii a. MDCCIII Hermanno Guilielmo Spiegelio, zu Diefenberg, generali legato copiarum suarum etc., illa feuda tum castrensia, quum campestria, siue recta, sub fide clientelari concessit. Illa nunc illustrissimi comites de Seibelsdorff possident, atque adquisuerunt. 11) *Frankenbergae* Landgrauii Hassiae milites castrenses expeditos olim habuerunt, et quidem non solum comites wittensteinenses, verum etiam clientes feudales equitibus ordinis, partim hereditarios, partim simplices (h). 12) *Kirchhainae* itidem occurrunt in annalium monumentis, fide clientelari obstricti burgmanni, quorum reliquiae ibidem adhuc restant i). Meminisse solum sufficiat Philippi Scheuerschloß, Schenkiorum de Schweinsberg, Winterorum, aliorumque Winteri hactenus nomine burgmannorum vsi sunt. 13) *Schwalbaci* similiter castrenses extiterunt (k). Possimus quidem nunc addere quam plurimos burgmannos per totam fere Germaniam, omnesque propemodum terras ordinum imperii, si prolixiores esse possemus. Alio tempore hanc materiam copiosius tractaturi sumus. Interim sufficiant haec pauca de feudis castrensibus et burgmannis. Nunc autem progredimur ad immunitates aedium et praediorum castrensi iure praeditorum, aliasque libertates.

CAPVT II

h) KVCHENBECKER I. c. coll. V, p. 184 seq. p. 188. p. 200 seq. coll. XI, p. 172, n. XLIII, ESTOR in orig. iur. publ. hist. p. 270 seq. (l). SCHMINKE in monim. hist. P. II p. 742 seq. n. V, C; PH. KOPP von der hessischen gerichtsvorfassung etc., P. I, p. 269 seq. § 197. p. 327. § 250, p. 330. § 253, p. 422. § 330.

i) KVCHENBECKER I. m. coll. I,

p. 118 seq. n. XXIII, LENNEP I. d. in cod. probat. p. 237 seq. n. XCVI, historische rechtsbegründete nachricht von dem urprunge, wachsthum und landstandschafft des teutschen hauses und landcommende Marburg etc., sect. II; § 19, p. 45, et in adpend. n. 47, p. 39, n. 48, p. 40.

k) KVCHENBECKER I. c. coll. I, p. 117, 118, n. XXII.

CAPVT II
de

Immunitatibus castrensibus aliisque libertatibus.

§ XII

Immunitas generatim explicatur et describitur.

Notum et testatum est: honores atque immunitates in legibus romanis opponi muneribus. Munus, praeter alias significationes, onus, functionem atque obligationem alicui impositum, lege, more, consensu, privilegio, legitima praescriptione completa, imperio eius, qui iubendi et leges ferendi habet potestatem, notat (1). Unde, qui iure, aut quodam iusto modo a tali functione, onere, aut obligatione liber, seu exemptus est, immunis esse, atque immunitate gaudere dicitur; sicuti e contrario, qui communium onerum, et munerum particeps est, municeps nuncupatur (m); sunt etiam, qui excusationem a munere publico subeundo, ex causa iure adprobata, habent, et vacatione frui dicuntur (n). Immunitas igitur consideratur tanquam liberatio a muneribus auctoritate legum, conuentorum, ex singulari principis placito, decreto, ex voluntate siue expressa, siue tacita impetrata. Haec seu quoad omnia, seu quoad certa tantum munera, et quidem modo personae solum, eiusque heredibus simul, modo rei, quin etiam loco cuidam est indulta. Si personae illa est tantum tributa, neque in heredes directa, ea cum persona expirat, nec cuiilibet possessori prodest; quin imo quaecumque sit, in casu necessitatis extremae ei locus non facile datur (o); nisi hic etiam ex-

1) Vid. tituli π . et cod. de munerib. et honor. et tit. eod. de munerib. patrimon. tit. π . de iure immunit. L. 18, L. 214 π . de verb. signif. IAC. FRID. LVDOVICI de immunitate non excus. cap. I, § 4, p. 18, § 12 seq. p. 13 seq. (Hal. Magd. 1702, 1739, 4), KLOCK

de contribut. cap. 16, sect. I, n. 2, p. 347 seq.

m) L. I, § 1 π . ad municipal. L. 18 de verb. sign.

n) tit. π . de vacat. et excusat. mun. MEVIUS P. VIII, decis. 1, decis. 2.

o) LVDOVICI l. m. cap. II, § 12 seq. p. 30

expresse remissus sit. Efficit autem illa exemptio ius, quo certae personae, res, locaue, libera atque immunia a muneribus, oneribusque frui debent (p). Personae vero illae sunt seu indiuiduae, seu morales, vti collegia, ordines integri, vniuersitatesue, et quoad statum vel mundani, militares, paganiue, vel ecclesiastici homines, piaeque corpora.

§ XIII

Diuisiones immunitatum variae designantur.

Immunitates siue certis personis, siue rebus, locisue datae, itemque ab illis adquisitae fuerunt (§ XII). Inde oriuntur personales, reales et locales, quibus alii mixtas addunt. Deinde illae seu expressa, seu tacita principis voluntate, eaque re modo lege, privilegio, iure singulari, modo consuetudine, etiam praescriptione nituntur, atque aut ex mera gratia, remunerationis quoque causa, ob bene merita, aut per modum contractus dantur, atque impetrantur. Porro, illae siue generatim atque vniuersè non solum ab ordinariis, verum etiam ab extraordinariis oneribus, siue restricte tributae sunt. Vnde vel absolutae, et plenae, vel minus plenae et definitae existunt. Insuper, secundum statum hominum, et rerum variarum, ad quos illae spectant, eisque frui

p. 30 seq. vid. tamen MEVIVS P. VII, decis. 144, n. 7, P. VIII, decis. I, n. 1, 2, P. VIII, decis. 454, ESTOR in der bürgerl. rechtsgel. der Teutschen, P. III, § 4739. p. 1311, GEBH. CHRISTIAN, BASTINELLER de eo quod iustum et aequum videtur in praescriptione immunitatis ab oneribus publicis, *Vitemb.* 1740. 4. § XI seq. p. 8 seq. CHRISTOPH. LVD. CRELL de immunitat. et vacat. *ibid.* AVG. DE LEYSER in med. ad. r. specim. 670, DE CRAMER tom II opusc. p. 174 seq. et P. I, p. 133 seq. p. 14, der wezlar. nebenstunden, FERD. CHRISTOPH. HARP-

PRECHT de praescript. immunit. a collectis, *Tüb.* 1683, 4, et in EIVSD. vol. II diss. acad. n. 71.

p) DE CRAMER tom. II, opusc. n. VIII, p. 175, § 2. ANACL. REIFFENSTVEL in iure can. vniu. tom. III, *Ingolst.* 1745 fol. lib. III, tit. 49, p. 923 — 1073; SAM. STRYK de immunitate a seruitiis feudal. 1690, et in dissert. iurid. francofurt. vol. VI, *Francof.* 1744, fol. num. XIII, cap. I, § II seq. p. 273 seq. OTTO PHIL. ZAVNSCHLIFFER de privilegiis professorum, aph. V seq. p. 102 seq. oper. iurid. P. I, *Francof. ad M.* 1699, 4.

frui debent, partim in mundanas, partim in ecclesiasticas disperiuntur (q). Saeculares vero immunitates tum ad nobiles, milites, vasallos, tum ad alios ciuici ordinis homines egregios et subditos pertinere possunt. Sunt quoque variae species illarum, e. gr. immunitates metatorum, vectigalium, portitorum, accislarum, licentiarum, tributorum, operarum, seruitiorum feudaliu, exactionum, vigiliarum, et quae sunt reliqua (r), quae partim ad tempus perpetuum, partim ad certos annos, modo ministris varii generis, modo subditis sub certa conditione indulgeri possunt (s). His discrimen inter veras et spurias immunitates annexendum est (t).

§ XIII

De immunitatibus perfectis et restrictis secundum instituta Romanorum et Germanorum.

Immunitates ac libertates partim absolutae et plenae, partim imperfectae, praecisae et restrictae esse possunt (§ XIII). Illae vacationem omnium munerum, onerumque ciuiliu prae se ferunt; hae vero vacuitatem quorundam tantum onerum, munerum, molestiarumque, v. gr. personalium et ciuiliu etc. certis

E per-

q) PET. MÜLLER de immunitatibus praedictorum eccles. a muneribus, *Ienae* 1684, et 1700, 4, p. 3 — 46. I. H. BOEHMER in iure paroch. sect. V, cap. 3, LEONH. CARLIER de immunitate eccles. personali ac reali, *Herbipol.* 1737, 4. Deinde notae sunt vacationes atque immunitates virorum litteratorum, ac studii doctrinisque deditorum, vniuersitatum academicarum, consiliatorum principum, aliorumque.

r) DE CRAMER tom. II opusc. p. 274 seq. tom. V, obseruat. 1345, p. 202 seq. in wezl. nebenstunden P. X, n. I, p. I seq. et P. LXXXIII, n. VI, p. 85 seq. hist. rechtsbegründete nachricht von dem ursprunge, wachstume etc. des

teutschen haufes und landcommende Marburg etc., in adpend. num. XII, p. 8, 9, n. XV, p. 10. ESTOR in orig. i. p. hafl. p. 364; add. samlung fürstl. hefl. landes-ordnungen, tom. III, p. 251, § 6, p. 781, § 6, p. 812, § 6, tom. III, p. 382, § 1, § 3, p. 389, § 21. STRYK de immunitate a seruitiis feudal. 1690, 4.

s) Samlung fürstl. hefl. landes ordnungen, tom. III, p. 520, § 4, p. 521, § 6, p. 781, § 6, p. 812, § 6, tom. III, p. 389, § 21, p. 390, § 22.

t) Vir perill. FRID. ES. DE PVFENDORF tom. II, obs. 184, § 2 seq. p. 370 seq.

personis tribuere solent, vti sunt exactiones, vigiliae pro custodia ciuitatis, aliaque iura ciuilia, id est: gemeine städtienste, wachten, vnd andere bürgerliche beschwerungen; doch vorbehaltlich des *angriffes* (u), folge, trunk-land- vnd Türkensteuern, auch anderes der obrigkeit anhängig etc. (w), teste charta publica, qua Ludouicus senior, Landgravius Hassiae, anno 1589 Burcardo Hofmanno, custodi memoriarum cameralium suo, cuiusque domui supra forum marburgense sitae definitam immunitatem donauit. Nam alia est immunitas personalis, siue mere sic talis, siue ad heredes suos, etiam viduas spectans, alia realis, modo vniuersalis, modo restricta, quae primum, atque ante omnia ex litteris gratiae est depromenda, explicanda, et diiudicanda. Quod si vero ex illis nihil certi, neque definiti constet, quaestio est: vtrum illa ad sola personalia, anae pariter ad realia munera, oneraque in dubio respiciat, atque extendenda sit? Si illa secundum instituta Romanorum decidenda esset, confestim dicere possemus: illam e regula circa personalia munera tantum indultam esse censi (x); praecipue, cum illa iure romano quodammodo ad onerosa reipublicae relata fuit, ideoque in dubio magis personalis, quam realis donata praesumitur (y); quamuis personalis illa se
E
ad

u) Vocabulum *angriff* hoc loco significat contumacem, suspectum de delicto, aut deprehensum in facinore manifesto, aut fugitium in domo libertate burgensi praedita capere atque arripere, eumque captiuum in vincula, carcerem ducere. Hoc cuilibet iudici in illa aede libera non licet, praesertim contra voluntatem possessoris illius aedis, et competentis iudicis superioris.

w) Huc, inter alia, tributa et census referri queunt, qui quotannis ciuitati, et magistratui, v. gr. sub nomine gesehois, pendendi sunt, a quibus ille, qui domum, fundumue illis antea obnoxium possedit, immunitate postea impetrata, non statim in dubio eximitur, MEVIUS P. VIII, dec. 460.

x) L. I, § 1, 2 π , de iure immua,

DE LEYSER in specim. 670, med. I seq. WOLFG. ADAM. SCHOEPFF in consil. 95. n. 47, p. 758, vol. VIII consil. tubing. REINHARTH l. m. vol. VI, obseru. XLII, p. 137 seq.

y) Card. TVSCH in pract. conclus. lit. E, conclus. 560, n. 24, DE CRAMER tom. III, obs. 962, p. 706 seq. LVDOVICI l. m. cap. I, § XII seq. p. 13 seq. KLOCK de contribut. cap. XVI, sect. I, n. 49, p. 330. At vero in his immunitatibus penes Germanos nullum odium deprehenditur; quia illae aliis ciuibus oneri esse non debent; si illa remissa onera a principe suscipiuntur, BOEHMER tom. I, P. II, consil. 24, n. 21, p. 125, neque in pactis principum vultaria iuris romani attenduntur, STRYK de iure reseruat. cap. VI, n. 36, 45 seq.

ad onera realia quoque extendere possit, praesertim, si illa personae cuidam rei gratia data (z), simulque ab immunitate onerum personalium discernenda est. Verum enim vero nostro argumento moribus atque institutis Germanorum munito ac freto, nulla lex a Romanis est lata; illud ergo secundum mores et rationes Germanorum singulares cognoscendum et decidendum erit, qui respectum certo modo ad iura antiquae militiae germanicae habent, secundum quae ratio seruitiorum tum equestrium, tum castrensi-um ac stipendiorum militarium ea re decretorum et praestandorum habenda est, atque regulari modo non solum immunitatem munerum civilium personalium, verum etiam onerum realium effecerunt et produxerunt. Sunt quidem immunitates, quae ex statu militari germanico, et clientelis castrensis derivari nequeunt; sed originem ad clementiam beneficia, praemia et remunerationes principum regnantium referunt; nihilominus illae saepenumero libertatis castrensis instar sunt indultae atque ipsius nomine nativo sunt insignitae; eaque re similitudinis speciem gerunt; quin etiam illis iura castrensis proprie communiter, et promiscue sunt tributa, quae procul dubio eundem effectum, easque praerogativas habere debent, ac verae immunitates sedium militum castrensi-um; nisi quaedam adiunctiones et capita praecipua in concessionibus a principibus reservata sunt (a), aut illa ex imperio eminente per se fluunt, cui legibus subiecti, e regula, morem gerere debent. Saluo igitur iure principis eminente, pro salute vera reipublicae, huius securitate tuenda, restituenda, amplificanda, et necessitate extrema exigente (b) illae sunt intelligendae. Deinde libertates ordinum clericalium, aliorumque hominum, seu personales, seu reales accedunt, quae nullum respectum

z) DE CRAMER tom. I, obseru. 234, p. 534 Hoc pacto Carolus, Landgravius Hassiae etc., p. m. die XI mensis Decembris a. 1686 domui Hulderici ab Eyben, assessoris camerae imperii, eiusque heredibus, immunitatem castrensem vniuersalem donauit.

a) Reservatio vnius regulari modo

inducit abdicationem ceterorum, HARP- PRECHT in consil. 2, n. 36. p. 17, vol. VII consil. tabing. SAM. STRYK de iure reservat. cap. V, n. 27 seq.

b) Vid. viri illustris FRID. VLR. PE- STELII eximia disputatio de limitibus imperii eminentis, *Rinsel. 1751*, 4, § X — XV, p. 16 — 29.

Spēctum ad militarem statum mundanum habent; sed legibus, beneficium principum, conuentis comitorum prouinciatum et consuetudinibus attribuentur sunt.

§ XV

De immunitatibus sedium, praediorum et feudorum burgenſium milites caſtrenſes attingentium.

Feuda caſtrenſia, ſedes, domus burgmännorum auitaque nobilium praedia in dubio immunita habentur, ac praesumuntur (§ VIII, § X). Hoc argumentum ex iure militiae germanicae, aliisque rationibus exquisitis depromitur, quin etiam auctoritate publica confirmatur (c). Nam nobiles, atque viri equeſtris ordinis seruitia militaria corporibus suis praestare, suis sumptibus armaturam, eaque, quae ad expeditiones bellicas necessaria fuerunt, parare, in periculum capitis, vitaeque discrimen pro salute patriae, defensione et custodia caſtrorum, inferre debent. Quapropter, quoniam hoc est, et fuit, illud Germanis aequum, iustumque visum est. Quibus accedit, quod burgmänni feudis caſtrenſibus vice stipendiorum clientelarium frui debent; et quia milites caſtrenſes clientelas, seu feuda burgenſia, e rebus publicis, aut e

E 2

c) STRVBEN in obseruat. iur. et hist. germ. obs. III, § X. p. 107 seq. § XIII, p. 116 seq. (1735, 4), et in EIVSD. rechtl. bedenken, P. I, n. III, p. 14 seq. n. XII, p. 38, P. III, n. XL, p. 89. DE CRAMER P. V, obs. 1345, p. 202 — 248, idem in wezl. nebenstunden, P. XV, p. 23, P. XX, p. 42, ESTOR in anal. fuld. p. 65, de ministerial. p. 183. § 129, in der bürgerl. rechtsgel. der Teutschen, P. I, § 1988 seq. p. 887, P. II, § 4560 seq. p. 687 seq. et P. III, § 163, p. 181, § 167, p. 184, AB ENGELBRECHT in obseru. fel. for. spec. III. *Wism.* 1750, 4, obs. 90, p. 503 seq. SCHANNAT in client. fuld. P. 43, 44, KVCHENBECKER I, c.

coll. VI, p. 431 seq. Quod si etiam alias immunitatis onera ex praeecepto principis, modo non per triginta annos soluit, eo facto, tamen libertatem suam non amittit, nec perdit, KLOCK de contribut. cap. XVI, n. 200, n. 204. DE LVDOLF obs. for. 314. DE PVEENDORF in obseruat. 33, p. 73, obs. 34, p. 77, p. 82, § 5, 6. P. II, MEVIVS P. III, decis. 33, decis. 34. De antiquo iure militum (ritters-gewehr dicto) vid. beurlaubendete nachricht von dem teutschen ordens-haufe — Schiffenberg etc. P. I, p. 66. P. II, p. 168 (d), beil. 216, p. 66, DE GVDEMVVS T. II, p. 145 seq. T. III, p. 1146.

principum patrimonii immunibus adepti sunt (d), illae quoque liberae haberi queunt. Cum vero milites castrenses ad vitam commode degendam res necessarias praeparare debent, annona non solum est leuanda, sed pro his etiam portoria, vectigalia, exactiones pecuniarum, praebitiones oleorum, frumentorum, potulentorum, esculentorum, aliarumque rerum ad rem familiarem propriam, vitae commoditatem et vestitum pertinentium (e), non sunt danda (§ V); nisi illis rebus mercatus instituat (f). Praeterea immunitas illa accisarum, vectigalium, aliarumque pensionum variis modis, siue vniuerse et generatim, siue speciatim impetrari atque adquiri potest, videlicet privilegiis, iuribus singularibus, praescriptione xl. annorum (g), legibus, pactis, quae praestant legibus (h), compositionibus, moribus et consuetudinibus. Reli-

d) DE CRAMER in wezl. nebenstunden, P. LXXX, p. 101 et vol. V, obseru. 1355, p. 211 seq. distinguendum tamen est inter praedia equestris, horumarumque iura realia et personalia, atque inter iura et praedia personarum nobilitatis, quae a rusticis, cuiusvis ortum suum habent, MEVIUS P. III, decis. 33, n. 2. P. VIII, dec. 186, P. VIII, dec. 23. KLOOK l. m. cap. XIII, sect. 1, n. 15, 18 seq. Posteriora bona libertate eadem non gaudent, vti priora, nisi a principe exempta, immunitateque donata sunt.

e) RHETIVS de assisiis, siue accisis, in eiusd. diff. iur. publ. p. 413 seq. *id. m.* de censu fundo cohaerente, tom. II diff. iurid. n. XVI, cap. II, n. 34 seq. p. 239. KLOCK l. d. cap. XIII, n. 36, cap. XVII, n. 204. PHIL. KNIPSCHILD de nobilitate etc., Campod. 1693 fol. lib. III, cap. VI, n. 185 seq. p. 29.

f) Samlang fürstl. hefl. landes ordnungen tom III, p. 383, § 2, MEVIUS P. III, decis. 156, 157, 321, P. V,

dec. 187, n. 3, 5, P. VII, dec. 143, LVDOVICI l. d. cap. II, § 18, p. 42, THEOD. GE. GVIL. EMMINGHAUS de accisis, Jenae 1750, 4, § VI seq. p. 5 seq. Haec etiam in libertatibus monasteriis et virginibus sanctimonialibus datis in Hassia excepta fuerunt, vid. beurkundete nachricht von dem teutschen ordens-hause und commende Schifftenberg etc., P. II, in adp. n. 190, p. 38, 39.

g) KLOCK l. m. cap. XVI, n. 27 seq. p. 349. LVDOVICI l. d. cap. I, § 4, p. 8. § 15, p. 16. HARPPRECHT in consil. VI, n. 30 seq. cons. XIII, n. 88 seq. cons. LVII, n. 89 vol. VII cons. rub. BOEHMER T. I. P. II, cons. XXIII, n. 7 seq. p. 123, cons. XXIII, n. 11—23, p. 124 seq. Immunitas plena ex lege et privilegio fundat intentionem exempti contra omnia onera sine discrimine, MEVIUS P. VIII, decis. 245, n. 3, DE LEYSER in specim. 570, med. 13 seq.

h) KLOCK l. c. cap. I, n. 342, p. 34.

Reliqui vero, qui dictis modis libertatem illam singulatim, aut generatim non adquisuerunt, neque illa per longissimum tempus quiete vsi sunt, absque discrimine ordinis, ac status, accisas et vectigalia pendere debent; quamvis vel maxime ex aerariis, tributis ordinariis ac solitis realibus, aut censibus quibusdam et muneribus ciuilibus sint exempti; quoniam hoc loco nonnisi interpretatio strictissima locum habet (i), ideoque immunitas singularis legitime aduqisita docenda est.

§ XVI

Quid hac de re in legibus hassiacis circa usum proprium praediorum nobilium obseruetur? monstratur.

Ea, quae de immunitatibus praediorum equestrium antea dicta sunt, similiter in legibus hassiacis et pactioibus a potentissimis Landgrauis Hassiae cum suis ordinibus prouincialibus confectis (k), circa usum proprium rei familiaris, ante oculos posita, collataque in vsu quotidiano sunt, quin etiam illae aduotionem vini, proprii vsus gratia, comprehendunt (§ X), atque ad conductores praediorum nobilium, horumque possessores (§ X, a) extensae sunt (l).

§ XVII

De ceteris personis, praediis et domibus immunitate castrensi gaudentibus.

Esti homines equestris ordinis, fide clientelari constricti, et possessores praediorum nobilium, liberorumque immunitatibus fruuntur (§ XVI); tamen principes, aliique clauum imperii tenentes

i) MEVIVS P. III, decis. 157, P. VIII, dec. 245, IO. PET. DE LVDEWIG tom. II consil. hallens. lib. I, consil. 116, n. 8, col. 596.

k) Conuentum comitiorum prouinc. hass. anno 1731 factum, § XVIII.

l) Sammlung fürstl. hess. landes ordnung etc. tom. III, p. 458, n.

DXXXIII, p. 873, § 3 seq. tom. III, p. 321, art. 11, § 13, p. 383, § 2, p. 390 § 22. Add. IO. DAN. EYLNERS praktische vorschlaege von steuer, contribution und dem modo accisandi, Marb 1741, 4, § 140, p. 148, SCHVBARD l. d. membr. V, § XI, p. 32 seq. EMMINGHAUS l. m. § 12, p. 17.

nentes ceteris quoque, tum mundani, tum clericalis status, eorum praediis, bonis, fundis; domibus, personisque immunitates munerum, atque onerum, siue personalium, siue realium dare, eisque illas proprie, vereque donare possunt, vti longa experientia, vsusque rerum publicarum nos docet. Quamuis autem res ita se habeat; tamen principes libertatum, beneficiorum, et privilegiorum indulgentiorum moderatores sunt, ideoque, si volunt, in concessionibus suis illis quasi limites ponere queunt (§ XIII). Ex quo consequitur: vt immunitates praediorum, ac sedium burgensium, castrensis iuris instar, generatim atque vniuerse non solum indulgeri, verum etiam variis modis ab illis determinari possint (§ XII, XIII). Sunt quidem, qui domibus libertate castrensi adfectis, omni delectu et discrimine remoto eadem immunitates, quae feuda castrensia attingunt, tribuunt (m); verum enim vero quodammodo distingendum esse censemus: inter feuda castrensia, illasque sedes burmannorum, quae iura castrorum proprie annexa habent, atque inter eas aedes, quae nullum respectum ad clientelas burgenses, neque connexionem cum his habent; quibus tamen immunitas libertatis castrensis instar, cum nomine etiam ipso, est tributa, eaque re similitudinis speciem prae se fert (§ XIII). nihilominus illa concessio aut adiunctiones insertas habet generales, aut exceptiones tantum speciales reseruat ante oculos ponit. Priori loco iurisconsulti enunciationem formant, et regulam habent vulgarem, nimirum: *reseruatio generalis et concessio nonnullorum satis declarant, quid concessum intelligi debeat* (n); in posteriori visione, euentuque efferunt sententiam: *renunciatio vnius, alteriusue, regulari modo, inducit abdicationem et renunciationem ceterorum, exceptioque regulam in contrarium firmat*. Haec pronuntiata itidem hoc loco applicanda erunt, et qui-

m) MEVIUS P. III, decis. 33, KLOCK I. d. cap. XIII, n. 12 seq. p. 231 seq.

n) ANDR. CHRIST. ROESENER de reseruat. iur. compert. cap. XVI, n. II seq. ANDR. KNICHEN de pactis inuestit. P. III, cap. I, n. 149, SCHOEPFF in

consil. LXXXVII, n. 36 seq. p. 684, vol. VIII consil. tubing. STRYK de iure reseruat. cap. I, n. 31 seq. cap. II, n. 1 seq. DE LEYSER T. XI, med. ad 7, in supplem. specim. V, obs. 13, p. 181. (1748. 4).

quidem, si primum axioma enucleatur, propositio generalis eo dirigenda erit, quod immunitas largita solummodo ad exceptiones spectet, quae strictissime sunt interpretandae; sin autem vis, ratioque enunciationis secundae explicanda est, procul dubio effari possumus: exceptio declarat atque ampliat regulam in casibus non exceptis, seu exclusio vnius est inclusio alterius, et generalia generatim praediicant, beneficiaque principis latissime sunt accipienda (o); integro tamen manente imperio principis eminente. Interea clausula adiecta: *saluo principis iure*, ad ea non pertinet, quae in ipso conuento, aut concessione expressa, aut iure sunt praesumenda, et super quibus causis principalibus est constitutum, acdefinitum; sed ad externum saltem praediicium, seu ius indulgentis extra illam passionem competens, aliaque, quae in illo conuento, seu priuilegio non denominata spectat, eamque ob causam ita explicari decet, ne praecedentia corrigat, neque efficit: vt priuilegia principis pro lubricitate mutationi et vicissitudini obnoxia sint. Nam si hoc, salua conscientia, et absque iniustitia statui posset, illud altera manu adimeretur, quod altera datum esset. Hoc de principe optimo non praesumitur; sed data fides integra manere debet; nisi nimia principis indulgentia reipublicae manifeste noceat (p). Quodsi vero hoc non deprehenditur, princeps ius semel legitimo modo ab altero aduersum ei, sine iusta et cognita causa auferre, aut restringere nequit; quamuis illud ex gratia

o) AVG. BARBOSA in axiomat. iur. voce: *reueratio*, axiomat. 4, KNICHEN l. m. cap. I, n. 10, FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHT in volum. nouo consultat. crim. et ciuil. P. I, cons. I, n. 346 seq. p. 39 seq. consil. XVI, n. 233 seq. p. 400, n. 375 seq. p. 451, consil. XXXI, n. 277, p. 486, IAC. SCHVLTES in locis commun. iuris etc. *Lips.* 1607 fol. col. 431, n. 8 seq. STRYK l. c. cap. VI, n. 29 — 35, DE LEYSER specim. X, med. 3, specim. DCLXV, med. 32 seq. spec. DCLXX, med. VI, VII, med. XI,

IAC. MENOCH. lib. III, praesumpt. 103, n. 20. GE FRID. HARPPRECHT in consil. III, n. 8 seq. p. 23, vol. VII consil. tub.

p) STRYK l. c. cap. V, n. 29 seq. p. 205, cap. VI, n. 1 seq. n. 36 — 46, p. 210 seq. vol. VI dissertat. iurid. francfurt. *Francos.* 1744, fol. IO. ANDR. FROMMANN de reuocatione priuilegiorum licita, *Tub.* 1704, 4, th. 4, 5, p. 13 seq. th. 16, p. 47 seq. Lex generalis contraria non tollit priuilegium,

gratia sit impertitum (q); immunitas potius sustinenda, immunitasque in possessione quietata tuendus erit (r). Praeterea libertas illa, quibus tributa, illis etiam est permittendum, ut habeant, in quo immunitate fruantur (s); in primis, cum ea, quae in fauorem alicuius sunt constituta, in illius odium retorqueri non debent (t), et si priuilegiis illis benemeriti sunt adfecti, ea realia habentur, atque in successores tum concedentium, quam accipientium transferunt, quin etiam vim contractus habere censentur (u), et finis priuilegiorum datorum remuneratio meritorum hoc loco exiffimatur, et principi de meritis alicuius testanti plena fides adscribitur (w).

Quum

q) Sunt quidem, qui autumant: priuilegia gratiosa ex lubricitate et pro arbitrio reuocari, tollique posse; at vero hoc absque discrimine omni firmissime asseuerandum non erit; sed distinguendum est: inter priuilegia cuidam personae soli data, atque inter priuilegia a principe pro iure suo, siue, ut vulgus loqui solet: ad beneplacitum, concessa, siue sub clausula: donec reuocentur, atque inter immunitates rebus tributas; illa beneficia cum persona expirant; nisi ad vituas, liberosque extenduntur, MEVIVS P. VIII, decis. 456, HARPPRECHT in consil. X, n. 15, vol. VII consil. tub. Re. vero, loco, seu ciuitati, ordinis infinite data perdurant, siue gratis, siue non gratis sint parata. Priuilegium enim ex acceptione pactum prae se fert, sit illud gratiosum, an onerosum; pactio autem ius perfectum beneficiario constituit, eiusque successoribus in re immuni, quod eis sine iusta et cognita causa adimi nequit; dummodo princeps priuilegium de iis largitus est, quae in eius potestate atque arbitrio sunt. GE. CHRIST. GEBAYER in singularibus de priuilegiis, Goett. 1749, 4, § 16 — 21, p. 72 — 93; FROMMANN l. c. thes. 17, p. 50 seq.

IO. GVIL. GADENDAM de legibus, praesertim special. seu priuileg. quatenus mutari, aut reuocari iure possint? Erlang. 1743, 4, BESOLD P. III, consil. XCI, n. 4 seq. p. 4 seq.

r) MEVIVS P. V, decis. 223, n. 5, P. III, dec. 210, GE. HENR. LINK in consil. altdorff, cons. XIII, n. 16, 19 seq. p. 88, STRYK l. m. cap. VI, n. 46, p. 212.

s) MEVIVS P. V, dec. 183, n. 3, 5, P. VII, dec. 143, n. 9, SCHVLTES l. c. col. 235 seq. n. 12, 14, HARPPRECHT in consil. III, n. 9, vol. VII cons. tub.

t) BOEHMER tom. I, P. II, resp. 19, n. 18, p. 96.

u) LINK l. d. consil. XIII, n. 13, p. 88, HARPPRECHT in cons. XXVIII, n. 25, 26, vol. VII cons. tub. STRYK de benemeritis, vol. III diff. iur. francfurt. 1743 fol. num. VIII, p. 163 — 188, cap. 1, n. 66 seq. p. 167, cap. III, n. 1 seq. p. 173 seq. n. 36 seq. n. 48, 52, 54 seq. p. 176, cap. III, n. 78, p. 184.

w) LINK l. c. consil. XIII, n. 11, p. 87, HARPPRECHT in consil. XXVIII, n. 23 seq. p. 328, vol. VII consil. tub.

Quum igitur omnia immunitatum monumenta litteris publicis mandata et vetustatis exempla mentionem promeritorum libertate burgenſi praedictorum faciunt, ea re voluntas principum beneficentiſſimorum et clementiſſimorum eo propenſior eſſe potuit, ad remunerationem officiorum progrediendi, illis immunitatem caſtrenſem largiendi, eamque per beneficia concedendi, quo magis illa benemerita indulgentiſſimis principibus cognita et teſtata fuerunt. Ergo principes benignitate adducti eos clementiae ſpecie magis magisque ſibi in perpetuum deuincire voluerunt. Poſtquam igitur liberalis principum voluntas gratificandi e litteris publicis apparet, illos benemeritos iuſdem praerogatiuis adficiendi, quae ſtipendiariis caſtrenſibus patent; ſane illis in dubio eadem priuilegia ob benemerita, principatui amica (x), et, praeter ceteras, immunitates quoque acciſarum, licentiarumque ſunt impertienda, quae burgmanniſ veris tribuuntur (y); niſi quaedam adiunctiones expreſſe in beneficio principis in eos collato reſeruata ſunt (§ XIII), aut more, poſſeſſione quietata per legitimum temporis ſpatium uſurpata, inſtitutiſue ciuilibus alia aguntur, quo plerumque exactiones pecuniarum. (nach dem anſchlag der ſteuer-capitalien) ſpectant. Liceat igitur quaſdam formulas et quaedam exempla illarum litterarum publicarum hoc loco, in ſumma tamen verbis conſcripta et contracta ſolummodo e monumentis haſſiaſis, et praecipue marburgenſes immunes attingentibus in medium proferre (z). Georgius, Landgrauius Haſſiaſiae etc., die 1 menſis Ianuarii A. MDCXXXVI Antonio Wolfio de Todenwart, conſiliario ſuo intimo, cancellario et praefecto ſchmalkaldenſi etc. ſuiſque heredibus, aedem principalem monti arcis marburgenſis accliuem, ob merita ſingularia, atque inſignia, dona-

F

x) GEBAVER l. c. § 4, p. 16 ſeq.
DE LEYSER in ſpecim. DCLXX, med.
VI ſeq.

y) NIC. CHRISTOPH. baro DE
LYNKER tom. I reſpons. CV. n. 4 ſeq.
p. 556 ſeq. collectionis notabil. decis.
ſupremi tribunalis appellat. Haſſo-caſſell.
tom. I, decis. XCV, n. 3 ſeq. p. 359,

ſeq. decis. XCVI, n. I ſeq. p. 362 ſeq.

z) Memoratu dignum eſt priuilegium
ciuitati marburgenſi a Philippo magnanimo,
Landgrauio Haſſiaſiae etc., anno
MDCCXXIII datum, in quo immunitates
burgaſſiorum (burgſeſſen) confirmatae
conſpiciuntur, vid. ſamlung fürſtl. heſſ.
l. o. tom. I, p. 39, § am andern etc.

donauit, et tradidit, additis verbis sequentibus: als ein freies, erbeigenes, vnd ganz unbeschränktes adeliche burgmansgut, un damit frey schalten zu koennen, wie mit anderen eigentümlichen gütern, auch davon weder beed, wachtgeldt, dienstgeldt, oder einige bürgerliche beschwerung zu tragen, auch niemals mit einiger einquartirung, einfurirung, oder zumutung vnd aufdringung eines herrn - oder hofdieners, noch sonst in einigerlei wege behelliget, oder belaeftiget werden sollen etc. Ludovicus senior, Landgravius Hassiae, cancellarii sui doctoris Heinzzenbergi domos in platea vrbis inferioris am Wolfstoche sitas, die x mensis Ianuarii a. MDCLXXIII immunitate castrensi eo modo, sine adiunctione, ornauit: das er, seine leibes-erben, vnd nachkommen, *der fursten zu Hessen burgmanne allhier seyn, vnd ihre berürte behausungen mit ihren zugehörungen, für freie burgsitz inhaben, besizen vnd nüssen, auch sie deren nach burgmansfreiheit vnd gerechtigkeit vnverhindert maenniglichs gebrauchen, vnd davon niemand anders, dann allein den fürsten zu Hessen, ihren erben, vnd nachkommen, wie andere ihre burgmanne, gehorsam vnd gewaertig seyn sollen etc.* Eadem fere verba occurrunt in priuilegio, quod Mauritius, Landgravius Hassiae, consiliario communis curiae hassiacae prouincialis meritissimo Christophoro Pauli, die xx mensis Ianuarii a. MDLXXI dedit, quae sic se habent: haben wir die behausung - - mit einer burgmansfreiheit begnadiget, also vnd dergestalt: das wir ihn - - seine erben vnd nachkommen zu vnsern burggleuten auf- und angenommen, auch obangeregte behausung mit ihrem umgriff - - mit allen denen priuilegien, rechten vnd gerechtigkeiten, wie andere freie burgseßs in dieser vnser stadt Marburg solches hergebracht vnd in gewohnheit haben, privilegirt vnd begnadiget haben etc.

Ludovicus senior, Landgravius Hassiae, immunitatem castrensem domi, in strata, rittergasse dictae, conditae, quam Ioannes Wolff, doctor et professor medicinae in hac vniuersitate litterata a viro nobili genere nato Ioanne Scheurhloßs a. 1532 emit, redintegrauit Eadem libertate fruitur aedes altrouersum sita, quam M. Philippus Chelius, custos documentorum publicorum cameralium, a tutoribus

liberorum nominibus auorum generosorum a Casparo Hüen de Ellershausen relictorum a 1571 titulo emti adquisiuit. Illa immunitas praecipue accisarum, per sententiam a. 1752 latam confirmata est familiae nobili de Vultee. Porro libertas burgensis domus, quam Ludouicus Gilhausen a Scheur/schlossis iusto titulo obtinuit, a. 1590 a Ludouico seniore, Landgrauio Hassiae, renouata est.

Aedes quondam Ioannis Goeddaei, doctoris et iurisconsulti celebratissimi, nunc clarissimi professoris Kahrellii, eadem immunitate gaudet; nec silentio praetermittendae sunt reliquiae fundi liberi, quae olim ad nobiles de Griff, postea ad Berlepios pertinerunt; sed demum ad illustrem familiam Heiniorum peruenerunt, et adhuc ab ea possidentur. His aedes addendae sunt, quae nobilibus de Linsingen quondam propriae, sed, illis venditis, a Schenkiis de Schweinsberg, iure consanguinitatis, ab emtore Prickio retractae fuerunt, quarum alteram inelyti nepotes consultissimi doctoris iurium etc. Ioannis Guilielmi Liffii tenent; alteram vero anno 1747 ecclesia euangelico - lutherana a Schenkiis de Schweinsberg adquisiuit, quae ad sedem et domicilium subdiacono est destinata, quarum immunitates a. 1700 a serenissimo Carolo, Landgrauio Hassiae, saluae atque integrae habitae fuerunt. His adiacent ruinae immunis aedis, quae quondam doctori iurium praefantissimo Franzio obtigit.

Nunc procedamus ad aedes liberas in superiori foro marburgensi sitas. Hic *domus lapidea* illustris familiae Hombergkianae zu Vach antiquitate et nobilitate possessorum antiquorum (a) huius vrbs ferme nominanda erit praecipua, et prima, cuius immunitas a Ludouico seniore, Landgrauio Hassiae, non solum confirmata, verum etiam a serenissimo Mauritio, gubernacula terrarum hassiacarum tractante, insigniter locupletata atque amplificata, denique sententia latis fulta est. Secundae hofmannianae, iam Langwerthia-

F 2

a) Ex annalium monumentis et litteris publicis patet: hanc aedem olim a variis nobilibus fuisse possessam. Illam enim Ioannes de Münchhausen, scabinus francoburgensis, a focero suo per

uxorem suam nactus est, quam anno 1358 cum consensu coniugis suae vendidit. His equestri loco nati viri de Treisbach, ab Imhof, aliique addendi sunt, qui illam pariter tenuerunt.

thianae aedis libertate castrensi praeditae supra mentio facta est. (XIII). His accedit tertia domus immunitate burgenfi donata et confirmata viri celeberrimi Christophori Pauli, paulo ante memorati, quam nunc vir plurimum reuerendus et meritissimus Ioannes Fridericus Scheffer, pastor primarius ecclesiae euangelico-reformatae, tenet.

In strata vrbis, quae dicitur vor dem renthof, similiter aedes liberae existunt, v. gr. domus hombergiana, schefferiana, wezelianaque, olim feibeliziana et geissiana dicta. In platea vrbis sequente, quae nuncupatur reitgasse, pariter aedes immunes cognitae sunt, videlicet laude conspicuarum, insigniumque familiarum et virorum illustrium, v. c. van den Velde, duae domus olim a nobilibus de Cramm (Kramm) possessae, quarum alteram iam vir illustris Carolus Fridericus Piepenprink, consiliarius camerae bellicae et domanialis haffiacae, alteram vero nunc vidua viri illustris Pfauii, consilii aulici quondam ducis Saxo-vinariensis, possident. Inter eas praecellens est illa domus, quae sedes Schenkiorum de Schweinsberg quodam tempore fuit, eaque re der Schenkendorf nominata, cuius domina iam iamque vidua omnibus tum animi, tum corporis dotibus ornatissima viri summe reuerendi D. Francisci Virici Riefii, paulo ante professoris theologiae celeberrimi in hac vniuersitate litterata, Ioanna Iacoba, nata van den Velde, est. In strata vrbis inferioris, vntergasse dicta, praeter nominatam domum Heinzenbergeri, iam viduae egregiae Braumanni, alia aedes immunis addenda est, nimirum schefferiana, quae nunc ad coniugem dilectissimam viri consultissimi Hermannii Christophori Claudi, iustitiarum nobilium de Schwerzel, Willingshausii, spectat. In vico vrbis, qui barfussergasse appellatur, similiter nonnullae aedes liberae notandae veniunt, et quidem, quod primam domum immunem ad portam, iam illustris familiae heiniana, siue coniugis insigni, egregioque genere natae viri perillustris consilii intimi de Cronenberg, attinet, Ludovicus senior, Landgravius Haffiae, libertatem castrensem antea die XXIII mensis Augusti a. 1710 aedi, quam praefectus aearum principalis Reinhardtus Abel prope a cancellaria principis Mar-

Marburgi in parte fundi nobilium de Weitershausen Landgrauio venditi aedificauerat, donatam, die xi mensis Aprilis anno cxiolxxxvi de illa ad hanc ab Abelii liberis emtam domum, reseruatissimo imperio, potestate arripiendi et capiendi facinorosos, et tributis imperii pendendis, transfudit. Quum vero spectatissima vidua a viro illustri Dauide Heinio, consiliario curiae prouincialis hassiacae relicta, Amalia Catarina, e gente de Pireundt nata, illam domum die xxiiii mensis Aprilis anno cxiocccxviii ab heredibus Kloepferianis emit, Fridericus I, rex Suecorum etc. et Landgrauus Hassiae, illam libertatem burgensem confirmauit. Eadem immunitate gausa est aedes vicina quondam nobilium de Linsing; quae tamen hodie in biuio collocata est. De reliquis domibus libertate castrensi donatis alio tempore tractaturi sumus prolixius.

§ XVIII

De aliis immunitatibus differitur.

Immunitates ac libertates non omnes ad statum militare germanicum, et castrenses clientelas respectum habent; sed multae illarum legibus, beneficiis, iuribus singularibus; priuilegiis principum et conventus comitiorum prouincialium attribuentur sunt (§ XIII, § XVI), quibus iudicata, legitima praescriptio, obseruantia et consuetudo accedere possunt. Dantur autem illae immunitates a principibus modo integris ordinibus, vniuersitatibus, et collegiis, modo singularibus personis, et quidem hisce aut solis, aut earum praediis, fundis, rebusque simul, siue eorum legitimis heredibus et posteris tantum, siue omnibus eorundem fundorum possessoribus, partim largissime, ac sine vlla adiunctione, tum in perpetuum, tum ad certum tempus, partim restricte et reseruatissimo exceptionibus, reuocationibus, et retractationibus. Quodsi illae toti ordini sunt concessae, quemlibet, qui in illo, aut collegio socius et consors est, attingunt; nisi illae tantummodo ad patrimonium vniuersitatis, huiusmodi definitas personas respectum certum habent. Nemo igitur affirmare poterit: illas vacationes atque immunitates ordinibus clericorum, seu religiosorum,

rum, seu toti vniuersitatis litteratae corpori tributas ex iure ca-
 sfrensi depromendas (b); sed originem, modum, rationem et
 qualitatem illarum ad principes, horumque voluntatem non solum
 expressam, verum etiam tacitam, regulari modo, referendam
 esse. Si cum nostris mentibus circumspicimus, et consideramus
 ordines clericorum, religiosorum, monasteriorum prisco-
 rum in Hassia constitutos, et confirmatos, expertum atque perspectum ha-
 bemus: immunitates, vacationes, siue veteres, siue recentiores,
 a serenissimis Landgrauis Hassiae illis sensim et pedetentim esse
 impertitas (c). Bona igitur ecclesiastica, parochialia, piorum
 corporum, aedesque eorum, uti generatim in Hassia, ita et Marbur-
 gi speciatim, immunia habentur. Quamobrem in ea rescriptione,
 qua serenissimus Carolus, Landgrauis Hassiae, negotia libertatum
 marburgensium, metatorum et salgami causa, ad delegatos suos
 die xxii mensis Martii a. MDXCXVIII remisit, sequentes aedes
 immunes declarauit: domum 1) viduarum a parochis euangelico-
 lutheranis relictarum, die xv mensis Decembris a. MDLXXXVIII
 fundatam; 2) sacerdotis primarii; 3) ecclesiae; 4) archidiaconi;
 5) triuialem scholam euangelico-lutheranam in coemeterio si-
 tam,

b) CASP. ZIEGLER de iure maiest. lib. II, c. II, KLOCK l. d. cap. XII seq. GE. MVND. A RODACH de muner. et honor. cap. VI, n. 367 seq. MEVIVS P. VII, decis. 143, n. 1. 2, P. VIII, dec. 99, ZAVNSCHLIFFER l. m. aph. 3 seq. aph. 5—24, ERH. SPIZ de iuribus viduarum clericorum et profess. *Ahd.* 1712. 4, Studiosis in vniuersita-
 tibus litteratis hassiacis immunitas (licentia) die XXIII mensis Octobris a. MDCCCVII, per sanctionem § 7 est data, tom. III der samlung fürstl. heff. landes-ordnungen, p. 582, ESTOR in orig. iur. publ. hass. lib. III, cap. XXXIII, § 121, p. 215—234, cap. XXXVIII, § CXXXV, p. 298 seq. § CXLVI seq. p. 311 seq. § CLXII seq. p. 359—364.

c) Historisch-rechtsbegründete nachricht von dem ursprunge — des teutschen hauses und landcommende Marburg etc., sect. I, § 4 seq. p. 13, sect. II, § 10, § 16, § 19 seq. p. 25, 36, 44 seq. § 22, p. 53, sect. III, § 32, p. 89, (3), § 37, p. 107, sect. III, § 43, p. 128, sect. VI, § 50, p. 159, p. 161, und beilagen, n. 11, 12, 13—17, 23, 25, 27 seq. KVCHENBECKER, SCHMINKE II. ec. conuentum comitiorum hass. prouinc. a. 1576 constat, in ESTORIS opusc. de comitiis et ordin. Hass. cap. XI, § 83, p. 121 seq. samlung fürstl. heff. landesordnungen etc. T. III, p. 383, § 3, p. 389, § 21, p. 390, § 22, et Th. I, p. 677, D.

tam, atque ex liberalitate schüziana ortam; 6) scholam euangelico-reformatam st. Kiliani nominatam, in foro futurum conditam (d). At vero bona clericorum patrimoniola et propria oneri tributorum obnoxia manent, si alias libera non sunt. E contrario bona ecclesiastica tamdiu immunitate ecclesiastica gaudent, quamdiu in dominio ecclesiae existunt; cessante vero illa qualitate, ob quam libertas est concessa, ipsa quoque immunitas similiter desinit et cadit (e). Quo facto, bona illa antea modo coenobiis, monasteriis, ecclesiis, modo aliis piis vsibus destinata siue ad principem redeunt, et ad naturam mundi, formamque rerum profanarum rediguntur (f), siue rursus in alios religionis restauratae promouendae gratia, pioque vsus conuertuntur (g). Si prius euenit, princeps illa aut rebus publicis, et suae dignitati, et vsibus publicis attribuit, aut patrimonio suo priuato addicit, vel ea aliis donat, vel bene meritos remunerat, seu ea sub fide clientelari aliis dat, seu vendit. Quod si illorum qualitas in formam et speciem mundanam a principe, sui commodi gratia, transmutata est, ea regulari modo allodia et bona principis immunita habentur (h), et quidem eo cum effectu liberi arbitrii, vt a successore non facile, sine iusta et cognita causa reuocari possint; praecipue, si ob causam onerosam sunt alienata, aut bene merita illis compensata existunt (i). Philippus igitur magnanimus, Hassiae

d) ESTOR in origin. iur. publ. hass. lib. III, cap. XXXIII, § 122, p. 223 — 233.

e) LVDOVICI I, d. cap. II, § 24 — 29, p. 39 — 43.

f) ER. MAVRITIVS de secularisatione honor. eccles. in diss. et opusc. 1692. 4. p. 495 — 546. RHETIVS de secularisatione, in disputation. iur. publ. n. XI, p. 92 seq. CHRISTIAN. THOMASIVS de honorum secular. natura, Hal. Magd. 1707. 1748. 4. IO. CHRIST. CLAPROTH in der samlung jur. philosph. und crit. abhandlungen, G. err. 1742, 8, P. II, p. 315, 377, 391.

g) SLEIDANVS lib. XIII, p. 318. FRID. HORTLEDER de causis belli german. lib. V, cap. II, p. 1071, ESTOR de comitiis et ordinibus Hassiae etc., cap. XI, § LXXXI, p. 113 seq.

h) BOEHMER in iur. eccl. prot. lib. III, tit. 13, § 60, et tom. I, P. II consil. 50, n. 16. 20 seq. p. 239, THOMASIVS l. m. § 16 seq. ANDR. OCKEL de praescript. immem. cap. III, § 37, in f. BESOLD de acario publico, Argent. 1639. 4, cap. 5, § 99, p. 126.

i) BESOLD de acario publ. cap. V, § 99, p. 126.

Hassiae Landgravius, benemerita M. Adami Crafftii remuneravit patrimoniali sua domo immuni, quae primum ad monasterium arnsburgense, deinde ad domum cogliticam attinuit, tandem in potestatem principis fuit redacta. Etsi hoc modo illa iterum naturam mundi et patrimonii principalis induit; tamen posthac serenissima Hedwig Sophia, gubernatrix terrarum hassiacarum, interpellatione et supplicatione facta, ab Hieronymo Wezel, ministro ecclesiae euangelico-reformatae, domino huius aedis, respectum quandam ad illam qualitatem pristinam in rescripto die xv mensis Nouembris a. *MDCLXIII* ad regimen marburgense dato habuit, et verbis sequentibus in eo vsa est: nachdem wir uff einzohene erkundigung befinden: dasß supplicantes behausung zu Marburg gleich andern zum kugelhaus gehoerigen haeusern, von geschofs, steuern, und *andern dergleichen beschwerungen befreyet*; so lassen wir es darbey auch billig bewenden, wornach sich unsere regierung zu Marburg zu achten und supplicanten, wie auch *künfftige besizere und inhabere oberwehnter behausung, mit anforderung geschoss, steuern, und andern dergleichen beschwerungen zu verschonen haben etc.* Has, aliasue rationes exquisitas nuper illustre regimen Marburgi constitutum in decernendo secutum est, atque immunitatem vectigalis, quod licentia (licent) nominare libet, atque per publicanos ab extraneis mercibus aridis ad proprium et rei familiaris vsum adhibendum exigi vult, praesenti proprietario honore, meritis, et laude conspicuo, omnique memoria accisarum libertate praedito, confirmavit. Eodem fere modo Philippus magnanimus, Landgravius Hassiae, die vii mensis Octobris a. *MDLXXVIII* benemerita factoris sui, suaeque coniugis serenissimae, Henrici Kraushar domo immuni, qualitatis antea monachicae, in vicinia domus liberae baronum de Doeringenberg, remuneravit. Haec libera domus adhuc a posteris schefferianis tenetur, eiusque immunitas in primis metatorum a potentissimo Carolo, Landgraviu Hassiae, die xviii mensis Decembris a. *MDCC* confirmata fuit. Dicto anno *MDLXXVIII* Philippus magnanimus, Princeps Hassiae, immunitatem aedis, quam virgines

nes monachicae antea in platea st. Augusti tenuerant (k), et postea a praefecto, siue sculteto principis Conrado Buchsack, dicto Hesse, titulo emti recuperata fuit, auctoritate sua roborauit, quae adhuc hodie stabilis et firma est.

Praeterea singulares vacationes laborum, munerumque cognitae sunt. Mauritius igitur, Landgravius Hassiae, anno MDCXXII praedio rustico Ockershufae condito doctoris iurium Helfrich Gerlachii, generi cancellarii Reinhardti Schefferi, vacationem et libertatem operarum, onerumque paganorum (von allen handgehenden, und fahrenden diensten, und dienstgeldt, auch andern dorffbeschwerungen) dedit (1). Ludouicus senior, Landgravius Hassiae, similiter partem praedii dagoberthusani, quae ad cancellarium suum, D. Ioannem Heinzenbergerum, pertinuit, die vii mensis Martii a. MDCXXVI quidem ab operis publicis exemit; verum aliis tributis atque oneribus publicis reseruat. Plura alia exempla silentio hoc loco praeterimus.

§ XVIII

De speciebus immunitatum castrensium quaedam in medium proferuntur.

Immunitates castrenses modo perfectae, expletaeque omnibus numeris suis et partibus sunt, modo adiunctiones habent, et quodammodo restrictae existunt (§ XIII, XIII, XVII). Genera-

G

tim

k) Beurkundete nachricht von dem teutschen haufe und commende Schiffenberg etc. P. II, in append. num. 190, p. 38, 39.

1) Quaestio paulo ante disceptata fuit: vtrum praefens possessor huius praedii aliquid ad sustentationem tauri communis ockershufani pagi contribuere debeat? Ille quidem vniuersitati huic obnunciavit; sed sententiis iudicium tum primi, tum secundi fori, testimoniisque conuictus et de ea condemnatus

est. Aliter autem plane se res habet cum immuni praedio nobili Ockershufae existente, quod a Keudeliis ad D. et professorem medicinae Ioannem Wolffium, titulo emti, peruenit. Nam huius praedii liberi praerogatiuas non solum Ludouicus senior, Landgravius Hassiae, renouauit; sed etiam Mauritius, princeps Hassiae, eas auxit, eique *immunitatem castrensem* die XVI mensis Iulii a. MDCCV largitus est, qua adhuc hodie illud fruuntur.

tim ad illas libertates referri solent: I) vacationes atque immunitates in numerum, exactionum, vigiliarum pro custodia ciuitatis, aliorumque iurium ciuiliu(m) (§ X, XIII); II) beneficium primi fori (§ VIII); III) merces, fructusque ad proprium rei familiaris vsu(m), victu(m), vestitu(m)que allati et adportati (§ X, XIII, XV). Nam iurisconfulti antiquiores statuunt atque iudicant: accisas, licentias et praebitiones merciu(m), frumentorumque ad onera insolita et noua vectigalia esse numerandas, quae leges imperii romano-germanici vetarent (m); deinde, vectigalia de rebus, quae non negotiationis exercendae gratia, sed vsus sui proprii, aut rei familiaris causa afferrentur, solui non debere (n); in dubio igitur contra ea, et pro immunitate, libertateque esse pronuciandum (o). Etenim si ad intentionem, et rationem accisarum vulgo sic dictarum, et licentiarum impositarum respicimus, sane illae fuerunt: venalitiis, mercatoribusque

m) Vid. capitulatio caesarea Matthiae apud IO. LIMNAEVM in comm. ad capitulationes imperatorum et regum rom. german. *Argent.* 1651, 4, p. 549 seq. § 201 seq. Iosephi II, art VIII, § VI, XI, XII, XVII, R. I. 1576 § 118 seq. R. I. 1595, § 44, 45. R. I. 1603 § 30, instrumentum pac. osnabr. art. X § 13. GVST. GE. KOENIG in capitulat. harmon. *Norimb.* 1741, 4, p. 47—55. PETER FRIDER mindanus, de mandatis etc. 1601, 4, lib. II, cap. 42. KLOCK de contribut. cap. V, n. 131 seq. p. 137. HENR. DE COCCENI tom. I deduct. et consil. XXII, n. 3—II, p. 924; add. tamen DE CRAMER in wezlar. nebenstunden, P. CXVIII, n. I, p. 145—148, vir perill. IO. IAC. MOSER ad capitular. Caroli VII, P. II, *Francof. ad M.* 1742, 4, p. 294 seq. p. 300 seq. P. III, *ibid.* 1744, p. 105 seq. § 11 seq. CHRIST. THOMASIVS in consil. hallens. T. II, lib. I, consil.

116, col 595, 596, lib. II, consil. 51, col 1269 seq. a IO. PET. DE LVDEWIG editis.

n) L. 5 cod. de vectig. L. 4 § 17. de publ. et vect. L. 237. de verb. sign. KLOCK vol. II, P. II, consil. 44, n. 14, 44—46, p. 111—115. BESOLD de aerar. publ. c. III, § 15, n. I, § 16, p. 79—85. FRIDER I d. lib. II, c. 42, n. 21, p. 265, § 6. HENR. KLOCK de vectigalium iure, *Basfl.* 1617, 4, th. 58 seq. PHIL. KNIPSCHILD de nobilitate etc., *Campod.* 1693, fol. lib. III, cap. VI, n. 149 seq. p. 25 seq. n. 175, p. 28, n. 185, p. 2) seq. et de ciuitat. imp. lib. II, cap. 19, p. 436 seq. *Vlm.* 1657, 1687, *Argem.* 1740 fol.

o) KLOCK vol. II, P. II, consil. 44, n. 61, p. 116. KNIPSCHILD de nobilitate, lib. III, cap. VI, n. 177, p. 28. REGN. SIXTINVS de regalibus, *Cassel.* 1609, 4, lib. II, cap. 6, n. 32 seq. p. 90, n. 128, p. 114, n. 143, p. 118.

busque, qui merces venales quaestus, aut commodi sui causa, afferunt, et quibus licentia eas vendendi, et transmittendi data est, lucrum quasi accidendi (in vernacula lingua abschneiden, beschneiden etc.) (p). Vnde explicatio vocabuli ac nominis: *accisae* deduci solet (q). Eiusdem pene mentis est nouum verbum: *licentia* (licent, licenz etc.) hoc loco, quae ante constituit veniam, atque immunitatem datam, merces quasdam quaestus causa adferre, easque venales habere, aut transmittere, quae alias vendi, adportari, aut transuehi non debent; comprehendit quoque impositum illis onus, seu pensionem ipsam pro illa libertate merces transuehendi, adferendi, et pro illa venia negotiationis exercendae gratia soluendum (r); sunt etiam aliae significationes huius vocabuli. Singulare illius vestigialis genus in Rheno inferiore introductum originem ex motibus bellicis Belgii foederati a mense Octobri a. 1572 traxit, et pro transmissione mercium quaestus causa venalium per terras iuliacenses et colonienfes ab initio iure retorsionis exactum fuit (s); sed abrogatio eius in Rheno inferiore imperatori in capitulatione praescripta est (t), cum

G 2

p) BESOLD l. d. cap. III, § 13, p. 77, § 14, n. 2, p. 78, CASP. KLOCK de contribut. cap. I, n. 310, p. 29, cap. 9, n. 33, p. 194. KNIPSCHILD de nobilit. lib. III, c. 6, n. 56 seq. ESTOR in der bürgerl. rechtsgel. der Teutschen, P. I, § 1510 seq. p. 609 seq. § 2111 seq. p. 852 seq. et P. III, § 2111 seq. p. 904, EVLNER l. m. § 113, 136 p. 125, p. 144 seq.

q) SCHVBARD l. c. § 3 seq. p. 4 seq. m. I, EMMINGHAUS l. d. § 2 seq. p. 2, BESOLD in thesiuro pract. sub voce: *ungeldr*, CHRIST GOTTL. HALTAVS in gloss. germ. medii aevi, col. 1933 seq. sub tit. *ungeldr*.

r) LIMNAEVS l. m. p. 563. IO. IAC. SPEIDEL in speculo obseruat. Norimb. 1657, fol. p. 812, CHRISTOPH. LVD.

DIETHERR in continuat. thes. pr. besold *ibid.* 1679, fol. p. 390, n. 108, ESTOR l. d. P. I, § 2115, p. 854; KNIPSCHILD de nobilit. lib. III, cap. VI, n. 177 seq. p. 28 seq. SIXTINVS l. c. lib. II, cap. VI, n. 128 seq. p. 114 seq. IO. VOET in comment. ad Tit. lib. XXXIII, tit. 4, § 16, 17. IO. FRID. PFEFFINGER in Vitriario illustrato, tom. III, *Gorhae* 1726, 4, lib. III, tit. XVIII § 69, p. 1507 — 1509.

s) Vid. viri honore, laude, meritis, atque eruditione illustris IO. STEPH. PÜTTERI auserlesene rechtsfäelle, tom. II, P. II, deduct. III, p. 334 — 472.

t) MART. MEYER in Londerpio suppleto, tom. I, p. 665, (*Francof.* 1665, fol.) PÜTTER l. m. p. 349, 350, § 65, tom. II, P. II.

cum illa libertati commerciorum damno atque aduersa esset (u). Ex his igitur facile intelligi et percipi potest: leges imperii licentiis non fauere; illasque solummodo in quibusdam Germaniae ditionibus de mercimoniis exactas fuisse, in quibus quaestus factus est; nequam vero illae iis mercibus impositae fuerunt, quae proprii usus et rei familiaris ergo allatae extiterunt, idque eo minus iure et merito de illis erit asseuerandum, qui immunitatibus illarum per saecula usi sunt, et quibus praescriptio quoque post hominum memoriam adfuit. Et si hoc accedit: quod illis libertate castrensi donatis immunitas accisarum circa potulenta in Hassia, ac speciatim Marburgi, concedatur, eaque per varias sententias latis grauissimis argumentis et rationibus exquisitissimis superiorum et supremorum iudiciorum fultas confirmata sit (w); illa quoque iisdem immunibus circa alias mercimonias, quae ad victum, vestitum, amictum, aliosque rei familiaris usus spectant, attribuenda videtur. Primum ex coniunctis, et ex conditione iuris, et ex consuetudine cautionis grauissimum argumentum ducimus, contemplatione pactionis in comitiis prouincialibus hassiacis a. cccccxxi initae (§ X). Nam e priuilegiis a principibus serenissimis datis satis superque manifestum est: illas immunitates castrenses ad formam, ac similem fere aequalitatem aliarum insignium sedium burgenfium (gleich andern vornemen burgfizen etc.) esse donatas, et remunerationis gratia, ob benemerita concessas (§ XVII); quoniam vero palam ante oculos omnium est: plures viros natalium dignitate conspicuos aedes immunes non solum in urbibus habuisse, verum etiam adhuc eisdem passim ibidem frui (§ II, XI, XIII, XVII), quae libertate plena vtuntur; inde analogia iuris media, et ratione consecutionis colligitur: in dubio easdem immunitates aedibus libertate castrensi adfectis esse tribuendas, quibus nobiles in fedibus

u) R. I. 1594, § 44, 45, 1603, § 30. Add. scripta, quae in causa controuersa inter archipraefulem atque electorem coloniensem, et inter electorem palatinum circa restitutionem Kaiserswerth annis 1770, 1771 etc. publici

iuris facta sunt.

w) Tom. I collectionis notabil. decis. supremi tribunal. appellat. Hassio-cassel. decis. XCV et XCVI, p. 356 — 364. Aliarum sententiarum litarum antea passim mentio facta est.

bus burgenfibus (stamm- und burghausern) gaudent (§ X, XVI); nisi quaedam adiunctiones expresse in beneficiis principum in eos collatis reservatae sunt (§ XIII, XVII). Deinde, et possessio quieta immensi temporis et praescriptio post hominum memoriam circa immunitates bene contemplandae et considerandae sunt, quae speciali concessione et privilegio equiparantur (x), illaque exactionum causa in tributis nonnisi ob casum extremae necessitatis circa rempublicam exceptionem quidem admittit; sed eadem quoque remittenda sunt, cessante illa necessitate fatali (y). Haec ratio autem in accisis et licentiis, vti in tributis ad rempublicam sustinendam pendendis nequam deprehenditur, nec perpicitur. Postremo, ne hoc quidem nobis silentio praetereundum esse videtur: quod accisae et licentiae in legibus harsiacis promiscue et communiter sumantur, ita, vt licentia aequae circa potulenta adhibeatur, atque circa esculenta, mercimonias, resque aridas et humidas venales (z), nec licentia in hoc saeculo primum est introducta; sed prioris iam saeculi aetate a. 1647 et sequentibus temporibus, ad formam westfalicorum ordinum imperii, in Hassia vsu venit (a), vti leges et sanctiones testantur; III) libertas metatorum militarium et palatinorum circa aedem castrensem et feudum burgense (b); V) immunitas salgamorum (fer-

x) BEN CARPZOV lib. I, resp. 38, n. 6 seq. OCKEL l. m. cap. VI th. 12, DE LYNKER decis. 1169, BOEHMER tom. I, P. II, resp. 24. n. 11 seq. p. 124 seq. et de finibus privilegiorum regendis, cap. II, § 18, STRVBEN in nebenstunden. P. III, n. 17, § 6, p. 320, SAM. STRYK de iure privilegii contra privilegium. Halae 1684, 1744, 4. cap. I n. 21, p. 11.

y) BESOLD de aerario publ. p. 68, § 7.

z) Vol. III, der samlung fürstl. heffischer landes-ordnungen. p. 227, n. 226, p. 316, n. 427, p. 458. n. 534, p. 582, 607 — 609, 800; add. Do-

mini Praefidis umfafsgeblicher entwurf von dem umfange — des polizei-wefens etc., Marburg 1765, 4, cap. III, § 38 (bb), p. 81 seq.

a) Sammlung fürstl. heffischer landes-ordn. vol. III, p. 227. n. CCXXVI, p. 316, p. 582, p. 607 — 609, p. 800, vbi extant sanctiones latae: tobaccs-licent-rolle, licent von der einlaendischen pot-afche, licent von bier, brühan, effig, brantewein; licentfreiheit von haustrunk der unterthanen; der auf den universitaeten zu Marburg und Rinteln studirender etc.

b) Conf. viri excellentis omni genere laudis et perillustri GODOFR. DAN. HOF.

vices) (c), quae domibus castrensis, aliisque immunibus aedibus annis 1699 ac sequentibus a potentissimis Hassiae Landgrauis confirmatae existunt; VI) reditus ac feuda castrensia a tributis sunt exempti (d). Et quae sunt reliqua.

§ XX

Quomodo immunitates finire, extinguere, et amitti possunt.

Immunitates, priuilegiorum instar (e), variis modis, finire, extinguere et quandoque ex iustis, cognitisque causis reuocari possunt. Habemus regulam generalem: cessante qualitatis statu, ad quem indulgens in concessione immunitatis respectum habuit, ipsa quoque libertas desinere debet (§ XII, XIII, n). Ergo, si persona, cui illa donata est, cum suis heredibus legitimis, ex vita discedit, libertas expirat. Deinde illa delicto, atque abusu amitti potest. Postremo extinctiua praescriptio et desuetudo illi facere possunt

F I N E M.

HOFMANNI opusc. eximium: de munere et immunitate metatorum militarium, *Tüb.* 1751, 4, § 19 seq. p. 31 seq. HENR. LINK de metatis palatinis, *Altd.* 1675, 4, thes. 12 seq. p. 11 seq. th. 18, 31, p. 17, p. 30. et de metatis militaribus, *ibid.* 1675, 4, § 50 seq. p. 37 seq.

c) CHRISTIAN. WILDVOGEL de salgamo, *Ienae* 1693, 1696, 4, IOACH. ERN. DE BEVST in obs. militar. P. I, *Gothae* 1743, 4, obs. 251, n. 3, FRID.

ANDR. GOTTLIEB. GNÜGE in der anleitung zum kriegsrechte, *Ienae* 1750, 8, cap. X, § 174, p. 81, GOD. DAN. HOFMANN l. d. § 29, p. 47, ESTOR in der bürg. rechtsgel. der Teutschen, P. III, § 318, p. 285.

d) Burgmanne sind gesehofs frei, teste EMERICHIO apud SCHMINKIVM in monim. hass. P. II, p. 679.

e) FROMMANN l. d. thes. 3—20, p. 11—56. GADENDAM, l. m. § 16 seq.



Marburg, Diss., 1725-30


ULB Halle

004 165 535

3



Sb.



Inches

Centimetres

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

10

DISPUTATIO IVRIDICA AVSPICALIS
DE
IMMUNITATIBVS CASTRENSIBVS ALIISQVE
LIBERTATIBVS PRAECIPVE IN HASSIA

23
1730, 3.

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
ET DOMINO

DNO. FRIDERICO II

HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQA
PRAESIDE

IOANNE ANDREA HOFMANNO

P. 165

IVR. DOCTORE ANTECESSORE ORD. ET FACVLTAT.
IVRID. ASSESSORE
PRO

LICENTIA

SVMOS IN VTROVE IVRE HONORES
AC PRIVILEGIA RITE CONSEQVENDI

H. L. Q. C.

ILLVSTRIVM ACADEMIAE LITTERATAE
PROCERVVM EXAMINI
SVBMITTIT

DIE II MENSIS MARTII A. R. S. CIOIOCCXXX

IOANNES GVILIELMVS DITMAR

HOMBERGA - HASSVS.

MARBV RGI CATTORVM

TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI, ACAD. TYPOGRAPHI.

KÖNIGLICH
UNIVERS.
ZVHALLE